



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Qvæstio II. De modo Vnionis Verbi Incarnati. In duodecim Articulos diuisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](#)

rimi præcones antecederent, qui cum varijs signis, oraculis, & ceremonijs, mentibus hominum repræsentarent: tum, vt ardentius ab illis desideraretur & suscipetur; tum, vt firmius postea teneretur. Ita D. August. tract. 31. in Ioannem. Secundò, non erat conueniens ratione diuinæ iustitiae, quæ postulabat vt Deus ostenderet, quantum sibi peccatum Adæ displiceret. Sicut enim yno homine peccante Deus interdum illi irascitur, vt illi grauitatem peccati ostendat; ita etiam peccante in Adamo toto humano genere, vt Deus ostenderet quantum displiceret peccati, se dñi toti humano generi iratum ostendit. Ita D. Bonavent. in 3. dist. 1. art. 2. q. vlti Tertiò; Ratione ipsorum hominum, quos oportebat disponi ad tantum Regem suscipiendum. Dispositi autem sunt dupliciter; primò directè, nempe per legem naturalem, Deinde per legem scriptam, ceremonias & prophetias. Secundò indirectè, per considerationem suæ imbecillitatis, dum viderunt se adminiculis prioribus non potuisse saluari: hoc enim occasio illis fuit ardenter Christum desiderandi. Ita Augst. lib. 19. contra Faustum cap. 7. & D. Leo serm. 3. de Epiphania. Et credibile est nisi sic homo dispositus fuisset, quod non diu fidem & religionem tenuisset, præsertim in superbâ illâ & robustâ naturâ, qualis erat ab initio: vnde pauciores longè fruissent saluati. Quartò, Ratione naturalis ordinis humanae naturæ accommodati, qua requirit, vt successivis incrementis in bonum promovatur; Tuxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 15. vers. 46: Non prius quod spiritale est, sed quod animale. Vnde primò tantum data est lex naturæ, deinde lex Moysi, postea expressiores prophetiæ, tandem lex Euangelica. Ita Gregorius Nazianz. in sermone de Paschate. Et Theodoretus de curandis Graecorum affectibus:

ARTICVLVS VI.

Vtrum Incarnatio debuerit differri usque ad finem mundi?

R Espondetur negatiuè. Probatur tribus conjecturis: Prima, quia Incarnatio est causa

QVÆSTIO SECUNDA.

De modo vniōnis Verbi Incarnati.

In duodecim articulos divisæ.

Postquam ostendit D. Thomas huius mysterij conuenientiam, necessitatem & finem præcipuum; incipit explicare eius naturam, maximè ex causis suis intrinsecis. In quibus autem re, quæ ex plurimis vniōne resultat, quatuor potissimum considerari possunt: Primò, quid sit illud quod ex vniōne resultat. Secundò, qualis sit ipsa vniō: quæ duo hac questione secundâ explicantur, additis quibusdam de causâ eius meritoria. Tertiò, considerantur res ipse quæ vniuntur, & ordo illarum; quod explicatur questione tertiatâ, quartâ, quintâ, & sextâ. Quartò, proprietates quæ ex vniōne consequuntur, à questione septima & deinceps.

salutis humanæ; causa autem non debet esse posterior, sed potius prior suis effectis; alioquin paucissimi fuissent saluati. Secunda, quia si tam diu fuisset dilata Incarnatio, Dei notitia & reuerentia, morumque honestas penitus intercidissent, & ita vix vlli Christum suscepissent. Tertia, quia conueniebat vt homines pluribus modis ad salutem promouerentur; nempe non tantum fide Christi futuri, sed etiam praefatis, & maximè præteriti: sic enim diuina virtus & sapientia magis declaratur.

Dices: Scripturæ docent Christum venturum in carne, nouissimus diebus. Isaia 2. vers. 2. Erit in nonissimis diebus preparatus mons domus Domini, id est, Christus super quem domus Domini, id est, Ecclesia ædificatur. Idem habetur Michæl 4. Respondeo totum tempus gratiæ in Scripturis dicitur nouissimum, & nouissima ètas; Tempus quia nulla alia lex, aut sacerdotium, aut Sacra-dicatur, menta, cultus Religiosus debet succedere; sed Nouissimum, hæc omnia usque ad finem saeculi durabunt. Vnde ad Galat. 4. vers. 4. dicitur Plenitudo temporis, quia omnes prophetiæ in hoc sunt implætae. Prioris ad Corinh. 10. vers. 12. vocatur, Fines seculorum. 1. Ioan. 2. vers. 18. Nouissima hora. Matth. 20. vers. 6. Vnde tempora horâ, iuxta expositiones Patrum. In hymno Ecclesiæ, Vespera mundi, & D. August. lib. 1. de Genesi contra Manichæos cap. 23. vocat Senectutem mundi. Alibi tamen, scilicet lib. 83. q. 9. q. 44. vocat Mundi iuuentutem propter fiduci feruorem & gratiæ vigorem, vt exponit ipsem lib. 1. Retract. cap. 26.

Ex dictis duobus articulis sequitur conuenienti tempore Christum venisse, nempe in medio peregrinationis humanae. Sicut enim cor est in conuenienti medio hominis, vt omnibus membris vitam impetrat; ita Christus, qui est velut cor generis humani, debuit quodammodo esse in medio; vt & superiora & inferiora ab ipso vitam accipiunt. Vnde Habacuc 3. vers. 2. Domine opus tuum in medio annorum, vivifica illud. Id est, excita, perfice opus illud eximium nostræ redēptionis in medio annorum captiuitatis & peregrinationis nostra.

ARTICVLVS I.

Vtrum vniōne verbi Incarnati fuerit facta in natura? id est. Vtrum ex vniōne Verbi & humana natura, resultauerit aut constituta fuerit una natura?

R Espondeo Negatiuè. Hoc loco tractanda est prima controvèrsia contra Hæreticos de hoc mysterio.

DVB.

DVBIVM I.

Vtrum unio Incarnationis facta fuerit per aliquam conuersiōnem alterius naturae in alteram?

N Otandum, De hac re fuisse duos errores. Prior fuit Eutychetis Monachi Constantino, circa annum Domini 450, qui ut refelleret Nestorium ponentem in Christo duas personas propter duas naturas; docuit Christum quidem esse ex duabus naturis, non tamen subsistere in duabus. Nam per ipsam assumptionem, ex duabus factam esse conuersiōnem diuinitatis in carnem; quia dicitur Ioan. 1. vers. 14. *Verbum caro factum est*, quasi in carnem spissatum. Vnde ultius inferebat diuinitatem Christi esse natam; passam, mortuam: & Christi carnem esse alterius rationis, quam nostra sit. Patet hoc ex epistola Leonis 97. cap. 1. vbi manifeste dicit Eutychetem negasse veritatem carnis humanæ; & Dominum nostrum esse unius naturæ, tamquam Verbi deitas ipsa se in carnem animamque couerterit, & concipi, nasci, crescere, crucifigi, mori voluerit. Idem multi antea docuerunt, ut patet ex Ambro. lib. de Dominicæ Incarnat. Sacramento cap. 6. qui contra disputat; & nominatio Apollinaris teste Augustino heresi 55. qui dicebat aliquid diuinitatis in carnem conuertum.

Secundus error est: Ex Verbo & carne factam unam naturam, per conuersiōnem carnis in diuinitatem; idque vel in principio Incarnationis, vel in Resurrectione. Refert Tertull. lib. de carne Christi. Theodoretus dialogo, *Inconfusus*. Et in Synodo Nicana 2. actione 6. tom. 5. eiusdem Synodi. Tribuitur hic error Eusebio Cæsariensi. Eundem tenuit Gaspar Swencfeldius, ut refert Staphylus lib. de concordia Lütheranor. Et videtur modo tenere omnes *Vbiquis* qui dicunt Christi carnem esse vbique.

Contra hos errores Dico Primo: Post Incarnationem permanxit in Christo integra natura diuina, & integra natura humana. Est de fide.

Probatur ex Scripturis; Quia post Incarnationem Christus erat verus Deus. Ioan. 5. vers. 18. *Qualem se, faciebat Deo*. Ioan. 8. v. 58. *Antequam Abram fieret, ego sum*. Ioan. 10. v. 30. *Ego & Pater unus sumus* &c. Idem erat verus homo. Ioan. 8. v. 40. *Queritis me interficere, hominem qui veritatem dixi vobis*. Et passim vocatur *Filius hominis*; id est, homo; tribuunturque ei proprietates veri hominis; ut nasci, mori, esfuriare, sitiare, fatigari, tristari, & similia: qua si tantummodo in speciem facta sunt, tota Scriptura vel falsa est, vel incerta.

Probatur Secundo, Ioan. 3. vers. 13. Christus dicit: *Nemo descendit in Calum, nisi qui descendit de Cælo*, *filius hominis*, qui est in Cælo. Is qui loquitur, erat in domo Nicodemij, & filius hominis; & tamen dicit se esse in Cælo: atqui non secundum humanam naturam erat in Cælo, nec descendenter è Cælo; sed secundum diuinam. Nec secundum diuinam erat filius hominis, sed secundum humanam: ergo erat in illo vtraque natura.

Probatur Tertio, Ioan. 20. vers. 27. Cum Dominus dixisset Thomæ: *Mitte manum tuam in terram meum* &c. Et Thomas illum vidisset, & tergisset, exclamauit: vers. 28. *Dominus meus, &*

Deus meus: ergo erat in illo diuina natura quam confitebatur, & humana quam videbat & tangebat.

Quartò, Actorum 2. vers. 33. ait Petrus: *Dæstra Dei exaltatus effudit donum hoc quod vos videtis & auditum. Vbi, Exaltari, est natura humana; Effundere spiritum sanctum, est natura diuinæ.*

Quinto, Acto. 20. vers. 28. ait Paulus: *In quo posuit vos spiritus sanctus regere Ecclesiæ Dei, quam acquisiuit sanguine suo: ergo ille Deus qui sanguinem fudit, habet duplificem naturam; diuinam à qua Deus, & humana à quâ sanguinem fudit.*

Sexto, Ad Roman. 9. vers. 5. *Ex quibus (scilicet Patribus) est Christus secundum carnem, qui est Deus super omnia benedictus in sæcula.*

Septimò, Ad Philip. 2. vers. 6. *Qui cum in formâ Dei esset, semetipsum exinanivit formam serui accipiens. Vbi Apostolus in Christo ponit duas formas: ergo sunt duas nature.*

Dico Secundò, hæc vno naturæ diuinæ & humanae, non fuit facta per conuersiōnem diuinitatis in carnem; aut carnis in diuinitatem. Est fide tenendum. Prior pars est contra Eutychetem & Appollinarem. Patet primo, ex Symbolo Athanasi recepto à totâ Ecclesiâ; *Non conuersione diuinitatis in Carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.* Secundò, Quia diuinitas est immutabilis: ergo non potuit in carnem conuerti. Antecedens patet Malachie 3. vers. 6. *Ego Dominus & non mutor. Iacob. 1. vers. 17. Apud quem non est transmutatio. Et prioris ad Timoth. 1. vers. 17. Regi sæculorum, immortali, inuisibili &c. Et ibid. cap. 6. vers. 16. Qui solus habet immortalitatem.*

Vbi aduerte, quidquid Deo in Scripturis tribuitur, intelligendum esse secundum supremam excellentiam; vt docet Dionys. cap. 1. de diuinis Nominibus, & cap. 3. *Mystica Theologia*. Quare huiusmodi locis significatur Deum excellentissime, & secundum omnem penitus modum esse immutabilem.

Altera pars Prob. Primo: Nam conuersio carnis in diuinitatem, non potest fieri sine ipsius diuinitatis mutatione; siue conuersio fiat per transmutationem, quomodo alimentum conuertitur in corpus animantis, & elementa in corpus mixtum; quod concedit etiam Cajetanus: siue fiat per modum transubstantiationis, quamvis id negat Cajetanus, existimans terminum transubstantiationis, non debere mutari. Sed

Probatur contra Cajetanum: Nam id in quod aliud conuertitur, necesse est vt sit terminus intrinsecus illius mutationis; ac proinde necesse est, vt requirat aliquam nouam dependentiam sui esse, vel aliquem nouum essendi modum; vt patet in mysterio Eucharistiae, vbi corpus Christi, & nouam dependentiam, & nouum essendi modum acquirit. Et ratio est, quia alicui nullus esset terminus *Ad quem intrinsecus illius transmutationis*, vt in Tract. de Eucharistia ostendetur.

Probatur Secundo, Quia si caro conuertetur in diuinitatem, humana natura non remaneret in Christo, sed diuina dumtaxat: quidquid enim conuertitur in aliud, siue per transmutationem, siue per transubstantiationem, definit esse; vt patet in alimento, quod conuertitur in corpus animantis; & in pane, qui in corpus Christi: & ita Christus iam non esset homo: quod estis fateatur Swencfeldius maximè post Ascensionem, tamen

Apollinaris

*Error EH-
sibij.*

*3
In Christo
est integra
natura di-
uisina &
humana,*

*Probatur
Secundo, Ioan.
3. vers. 13. Christus
dicit: Nemo
descendit in Calum,
nisi qui descendit
de Cælo*

*Et Thomas
illum vidisset,
tergisset, exclamauit:
vers. 28. Dominus
meus, &*

22 Quæst. 2. De modo unionis Verbi Incarnati. Art. 1. Dub. 1. 2.

ramen est manifestè contra Scripturam. Act. 7. Stephanus vidit Filium hominis flantem &c. & cap. 17. Statuit diem in quo indicabit orbem in Viro, id est, Christo homine.

Concil.
Chalce:
contra Eu-

tychet.

Eadem veritas probari potest ex multis Concilijs, quæ docent in Christo manifeste integrè & impermixtè duas naturas; & propter unionem, numquam illarum distinctionem esse sublatam. Concilium Chalcedonense expressè congregatū est contra hanc hæresin: Cùm in eo Actione 1. recitaretur confessio Eutychetis, & Dioscori duas naturas ante incarnationem, vnam tantum post fusile, omnes fucclamarent vna voce, *Anathema, qui ita sentunt.* Actione 5. in definitione fidei si dicunt: *Constitutus in novissimis diebus, filium Dei unicum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, mutuose, inseparabiliter cognoscendum, namquā sublatā differentia naturarum propter unionē.* Idem postea in multis alijs definitum. Estque hoc ipsum, vnum ex illis, quæ interrogatur Episcopus consecrandus: *Credis filium Dei Christum ex duabus naturis & in duabus naturis?* vt patet ex Carthaginensi iv. cap. 1. Vide Thodoretum in dialogo *Impatibilis*, vbi plurima testimonia Patrum colligit. Sed

Quid sit
Verbum
carnem
fieri.

Obiectunt Primo, Ioannis 1. dicitur: *Verbum caro factum est.* Qui modus loquendi significat transmutationem, vel conuersiōnem in carnem: vt patet ex simili Ioan. 2. *Aqua vnum factum est.*

Respondeo, Locutiones sunt accommodandæ rebus; vnde non semper hac locutio significat conuersiōnem: vt enim persona existens dicatur aliquid fieri, non est necesse ipsam à suā naturā defiscere, & in aliud mutari; sed sufficit ut aliquid sibi acquirat nouo modo. Sic *Verbum* dicitur *factum caro*, quia illā afflūpsit, & sibi astrinxit in unionem hypostasis: sicut Christus dicitur *factus Pontifex*, ad Hebr. 7. Et *factus pro nobis maledictus*, ad Gal. 3. *Acceptissime formam servi*, ad Philip. 2. Apprehendisse semen Abrabae, ad Hebr. 2. Ita respondet Theodoretus dialogo *Inmutabilis*, & alij Patres.

Obiectur Secundo, In Concilio Chalcedon. Actione 1. recitatà epistolâ Cyrilli Alexandrini ad Ioannem Antiochenum, Eustatius Episcopus Betritensis dixit Cyrilium scriptissime non esse in Christo duas naturas intelligendas, sed vnam incarnatam.

Respondeo, Illa verba non reperiuntur in Cyriollo; & quidam Patres in Concilio affirmabant esse Eutychetus. Dici tamen potest ea quæ in epistolâ istâ habetur, exponenda esse in eo sensu, quo valent contra Nestorium, quo scripta sunt: scilicet non esse duas naturas per se subsistentes, sed substantialiter unitas, vt ibidem dicitur. Alia locutiones, quæ in eadem Epistolâ habentur, difficultatem non habent: vt quod natura verbi dicitur *Incarnata*, sensus enim est, carni unita. Quomodo & caro à Patribus dicitur *Deficiata*; id est, diuinitati unita.

DUBIUM II.
*Vtrum ex carne humana & natura divina,
potuerit fieri una natura integræ per
compositionem?*

N

Otandum est, quosdam hereticos ita sensim, quasi diuina natura suppletat locum

animæ rationalis. Refert hoc Epiph. hæresi 69. de Arianis, & August. hæresi 55. de Apollinari.

Respondeo; Fieri nequit, vt ex vnione Verbi & carnis, constituta fuerit vna natura per modum compositionis. Probatur, quia ostensum est, in Christo esse completam hominis & Dei naturam: atqui ex duabus naturis perfectis, non potest fieri vna; alioquin omnes possent in vnam conflari, quod maxime locum habet in natura diuinâ, quæ omnibus modis est completa. Secundò, Si conflaretur ex carne & Verbo vna natura, hoc ideo fieret, quod Verbum supplet locum animæ rationalis, vt volebant Ariani & Apollinaris: atqui Verbum non potest esse forma corporis; aut edere functiones illas vitales, quæ animæ rationalis edit: ergo &c. Tertiò, Quia natura resultans ex hac vniione, esset communicabilis pluribus, ac proinde possent esse plures Christi, vt colligit Damasc. lib. 3. cap. 3. de fide orthodoxa. Antecedens patet; tum quia id in omni alia natura ex materia & formâ conflatâ videamus; tum quia si natura diuina potest tamquam forma communicari carni & materiæ corporali; multo magis poterit pluribus indiuiduis.

Dices Athanas. In Symbolo ait: *Sicut anima rationalis & caro, unus est homo: ita Deus & homo unus est Christus:* atqui ibi est vnum per compositionem: ergo & hinc.

Respondeo; Hanc similitudinem non esse spe- explicatur etiam quoad omnia: Nam anima & corpus quomodo sunt partes essentiales incompletæ, habentes par- Deum & hominem, ita substantias. Diuina autem & humana na- unus tura sunt completae, habentes existentias perfe- Christus; etas & totales: & natura diuina habet etiam cō-sicut ani- plamenta substantiam, humana autem in Christo nalis & nullam nec totalem nec partiale. Valet autem caro, unus in eo, quod vtraque vno sit substantialis; & per se homo. vtramque fiat, vt duæ naturæ existant in vna personâ: sicut enim ex vniione animæ & corporis consequitur, vt duæ naturæ existant in vna personâ; ita ex vniione humanae naturæ cum diuinâ fit, vt illæ duæ naturæ existant in vna personâ Verbi. Denique sicut corpus vnitur animæ, vt sit cius organum coniunctum; ita humanitas Verbo. Vide D. Thom. I. 4. contra Gentes cap. 41. Et Caetan. tom. 3. Opusculor. tract. 1. oratione. 2.

ARTICVLVS I I.

*Vtrum vno Verbi Incarnati fa-
cta sit in personâ?*

R

Espondetur: Vno Incarnationis est facta in personâ Verbi, ipso præbente suam substancialiam naturam humana. Sensus est, natura diuina & humana per incarnationem sunt unitæ in Verbi personâ præbente utrique substanciali. Vbi

Notandum est, tripliciter aliqua posse vniiri. Primò; essentialiter, cùm ex vnitatis refutat vna essentia; sic vniuntur forma & materia, genus & differentia. Secundò; Accidentaliter, vt accidens cum subiecto. Tertiò; Hypostaticè, vt natura cum suo supposito; vel cum ratione hypostaticâ, quæ suppositum constituit: hæc vocatur vno in persona, seu in supposito; vel melius vno hypostatica. Vno partium integralium non est ad propositum.

DVB. B.

D V B I V M.

Vtrum in Christo sit tantum una persona, & qualis? Quæ est secunda controværsia in hac materia.

Notandum est, temporibus Apostolorum, extitisse hac de re errorem Ebionis & Chærinthis, qui vt referit Irenæus lib. 1. contra hærefes cap. 25. docebant I E S V M & Christum esse duas personas; & I E S V M volebant esse purum hominem ex MARIA & IOSEPH procreatum: Christum autem esse Filium Dei, qui in Baptismo primum descendenter in I E S V M specie columbae, & se illi coniunxit. Similem errorem postea Nestorius Patriarcha Constantinopolitanus defendendum suscepit, qui multos habuit sectatores ab eo Nestorianos appellatos. Cum Nestorius sensit aliquamdiu Theodoretus, & quidam alii; Theodoretus enim postea respuit & Nestorio anathema dixit in Concilio Chalcedon. Actione 8. & præclarè confutauit lib. 4. hereticarum fabularum cap. de Nestorio. Quamvis pro illo antea scripsisset libellum contra duodecim anathematismos Cyrilli, qui libellus condemnatur in v. Synodo can. 12. Docebat autem Nestorius cum suis; Primò, aliam esse personam Filij Dei, aliam Filij Virginis. Filium Virginis, esse purum hominem, natum, passum, mortuum: unde Virginem non esse dicendam Deiparam, sed Christiparam.

Secundo, Filium Dei progressu temporis esse vnum Filio Virginis; non quidem hypostaticè, sed accidentariè: idque quadrupliciter. Primò per inhabitacionem, quia Verbum habitat in Christo tamquam in suo templo, à quo numquam recessit. Secundò, per affectionem & unionem amoris; ratione cuius, eti siunt duas personæ, dicuntur tamen vnum Christus. Sicut maritus & vxor, licet sint duas personæ, dicuntur tamen una caro, vt explicat Theodorus Mopsuestenus, & habetur in v. Synodo cap. 12. Tertiò, per operationem, quia Verbum operabatur per Christum, tamquam per suum instrumentum. Quartè, per communicationem excellentiæ; quia Verbum communicavit Christo suam dignitatem, voluitque illum dici Deum & adorari. Sicut imago colitur & appellatur nomine prototypi. Patent hæc ex dogmatibus Nestorij apud Cyrillum tom. 4. in fine. Et ex libello Theodoreti contra 12. Anathemat. Cyrilli. Pro veritate

Dico Primò, In Christo Domino est tantum unica Persona. Est de fide, definita in Concilio Ephesino contra hanc hæresim congregato. Et patet ex omnibus testimonioribz quibus supra n. 3. ostendimus eundem esse Deum & hominem contra Eutychetem. Et præterea Probatur aliter; Primò, Quia in Scriptura sacrâ de uno & eodem individuo dicuntur ea, quæ sunt Dei & hominis; Nam quædam quæ in uno loco dicuntur de Deo, in alio dicuntur & explicitantur de I E S V homine. Exod. 20. dicitur Deus eduxisse Israël ex Ægypto, at D. Iudas in sua Catholica v. 5. dicit fuisse hunc I E S V M. Numeror. 21. Filij Israël murmurant contra Deum, Apolotus autem prioris ad Corinth. 10. respiciens ad hunc locum, dicit eos murmurasse contra Christum. Psal. 67.

10
Error
Ebionis &
Chærinthis.

Error Næ.
Borij.

Theodore.
sus refi-
puit.

11
In Christo
est unica
solum per-
sona,

Ex epist.
plura.

Ascendit Deus in altum, captiuam duxit captiuitatem &c. Apostolus autem ad Ephes. 4. dicit hunc esse Christum. Isaï 6. vidit Isaïas Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum &c. Ioannis autem 12. dicitur iste fuisse I E S V S cuius gloriam vidit Isaïas. Isaïæ 8. Deus dicitur futurus Iudaïs in sanctificationem, & in petram offensionis: atqui hic lapis offensionis & petra scandali est Christus, Luc. 2. Ad Rom. 9. 1. Petri 2.

Probat Secundò, Ex pronominibus, Ego, Tu, Hic, Ille, Qui &c. per quæ Scriptura aperte demonstrat, esse eundem numero, cui tribuuntur ea quæ sunt Dei & hominis: nam hæc pronomina supponunt pro supposito. Matth. 16. Quem dicunt me homines esse filium hominis? id est, quem dicunt me esse? Respondebat Petrus: Tu es Christus Filius Dei vivi, quasi dicat: Tu qui es Filius hominis, es vero Filius Dei naturalis. Ioan. 3. vers. 13. Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis qui est in cœlo. Vbi idem dicitur esse Filius hominis, & esse in cœlo, ac proinde Deus. Ioan. 8. Antequam Abraham sicut, ego sum, id est, Ego qui loquor, quem vos videtis. Et cap. 9. Tu credis in Filium Dei? Quis est Domine ut credam in eum? Respondit Iesvs: Et vidisti, & qui loquitur tecum, ipse est. Ad Rom. 1. De Filio suo, qui factus est ei ex semine David. Apoc. 1. vers. 8. Ego sum α & ω, Principium & Finis. & verl. 18. Ego sum primus & nouissimus, & viens & fui mortuus.

Probat Tertiò, Ex alijs locis. Ioan. 1. Verbum Caro factum est. Quod non potest dici ratione inhabitacionis, aut dilectionis, aut operationis: alioquin etiam Spiritus sanctus diceretur factus caro. Ioan. 20. Thomas dixit Domino quem videbat & tangebat: Dominus meus, & Deus meus. Responso Qui locus torfit Nestorianos; unde Theodorus Mopsuestenus dicebat, hoc esse dictum per modum admirantis, vt referunt in Synodo. v. c. 12. Sed est contra omnium Patrum interpretationem, qui volunt Thomam hoc dixisse Christo: in Greco enim habetur: Respondit ipse, neque est illa nota admirationis. Ad Rom. 8. dicit Apostolus, ex D. Paul. quod Deus proprium Filium tradidit pro nobis, non aliud aliquem hominem. Ad Philip. 2. dicit quod Iesvs in formâ Dei existens seipsum exinanierit formam serui accipiens, & mortem crucis subiens: ergo ipsem, & non aliud crucem subiit. Et prioris ad Cor. 2. dicitur Dominus glorie crucifixus.

Denique S. Ioannes Epist. 1. totâ refellit hunc errorem. cap. 1. dicit se perspexisse, contractasse prima Verbum vita, quod erat ab initio: ergo ille homo erat S. Ioannis. Verbum vita. Cap. 2. vers. 22. Quis est mendax, nisi qui negat Iesvm esse Christum? id est, Deum. cap. 3. dicit Deum animam suam pro nobis posuisse. cap. 4. Omnis spiritus qui solvit Iesvm, a Deo non est, id est, qui diuidit Iesvm à Christo, vel hominem à Deo.

Respondent Nestoriani, Iesvm, esse Christum & Filium Dei; & vnum tantum; sed per coniunctionem inhabitacionis, amoris, operationis, & participatiæ dignitatis.

Sed contraria. Primò, Nam eo modo Deus est vnum alijs etiam sanctis. Primò, per inhabitacionem tamquam suis templis. 1. Corinth. 3. Ne vnum cum se sit quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat omnibus in vobis? Secundò, Per affectionem & amorem. 1. ad Corinth. 6. Qui adharet Domino, vnum Spiritus est: sicut qui meretrici, una caro. Tertiò, Per operationem;

24 Quæst. 2. De modo unionis Verbi Incarnati. Art. 2. Dub.

rationem; Ad Rom. 15. verf. 18. Non enim audeo aliquid loqui eorum, que per me non effecti Christus. & 1. ad Corinth. 12. Hæc autem omnia operatur unus & idem Spiritus, dividens singulis prout vult: Quarto, Per communicationem sue dignitatis; Nam Sancti dicuntur Dī, & Filii Dei Psalm. 81. & ad Galatas 4. Certum est autem hominem illum qui dicitur Christus, longè aliter fuisse Deum, & Filium Dei: vt patet Ioan. 1. Ad Hebr. 1. & 2.

Secundò, Quia Cherinthus hæc omnia conce-debat de Christo; tamen Ioannes ait illum soluere I E S V M. Vide epistolam 10. Leonis ad Flauianum: & Irenæum lib. 3. contra heresēs à cap. 18. usque ad 22. vbi contra Cherinthum ostendit unum & eundem esse filium Marię, & Dei Patris. Testimonia Patrū vide apud Cyrillum in Apologetico pro duodecim anathematismis; apud Bellarm. lib. 1. de Christo c. 10. & Greg. à Valézia.

12
Probatur ex ratione.

Probatur Secundò Ratione. Prima, Quando cumque sunt duas personæ, vel substantia integræ per se subsistentes; altera non potest dici de altera substantialiter seu substantiæ; sed solum denominatiæ seu adiectiæ: sicut homo dicitur esse vestitus, non vestis aut vestimentum: atqui in hoc mysterio ea quæ sunt vñita, dicuntur substantialiter de se vñscissim; Nam homo, non tantum dicitur deificatus, sed etiam Deus: & contrà, Deus non tantum dicitur humanatus, sed etiam homo: ergo non sunt duas personæ seu hypostases.

Secunda ratio, Due formæ quæ non dicuntur de se vñscissim in abstracto, non possunt etiam dici in concreto, nisi conueniant in eandem hypostasim; vt patet etiam in formis accidentarijs abbedine & dulcedine: atqui humanitas dicitur de diuinitate in concreto; & contrà: Nam Deus est homo, & homo est Deus: ergo debent conuenire in idem suppositum.

Tertia Ratio, Si Verbum non est substantialiter & hypostaticè vñitum humanae naturæ, sed tantum per inhabitacionem, affectu amoris, operationem, & communicationem dignitatis, vt ponunt Nestoriani: ergo Verbum non est magis incarnatū, quām Pater vel Spiritus sanctus. Nam Pater & Spiritus sanctus etiam illis quatuor modis sunt vñiti humanae naturæ in Christo.

Respondent Nestoriani, soli Vero tribui Incarnationem, quia illa caro, singulariter representabat Verbum Dei: Sicut Doctores Graci dicunt olim Prophetis & Patribus apparuisse Verbum Dei, quia Angelus qui apparebat, & species per quam apparebat, representabat Verbum Dei.

Sed Contra: Primo, Quia in istis antiquis apparitionibus Verbū specialiter dicitur representationem, propter incarnationem realiter futuram in solo Verbo diuino: nunc vero cessat talis causa; ac proinde non potest dici propria Verbo, ratione representationis.

Secundo, Qui incarnatio solum tribueretur Verbo quadam accommodatione; Sicut aduentus Spiritus sancti in specie columbae vel ignis, appropriatur Spiritui sancto, cùm tamē tota Trinitas ibi aduenerit: ergo similiter tota Trinitas esset Incarnata, quamvis soli Verbo appropriaretur.

Quarta Ratio, Quādo hic homo dicitur Deus: vel intelligitur de deitate participatā; & hoc est contra veram Christi diuinitatem: vel intelligi-

tur de verā deitate; & tunc ulterius, vel Verbum est sumitur propriè; & sic habemus intentum: scilicet hunc hominem propriè esse verū Deum: Vel sumitur abusiuè; vt sit idem quod representat Deum: Et sic cuertuntur omnia mysteria fidei & Scripturæ; cādem enim licentiā, cum ipsum Verbum & Spiritus sanctus dicuntur Deus, poterit similiter exponi quōd representant Deum. Item, quilibet homo iustus, poterit dici verus Deus.

Denique si in Christo sint due personæ, nihil est singulare in hoc mysterio; quod tamen inter omnia mirabilia, testimonio Patrum & Scripturarum, est maximè mirabile.

Dico Secundò, Hæc persona quæ est in Christo, est persona increata. Patet ex testimonijs al- 15 Personæ Chriſtij est increatae.

Prima, Si illa persona est creata, non posset dici Verbum Dei, Filius Dei: nam una persona non potest dici de altera, etiam si existant in eadem natura: vt patet in Trinitate.

Secunda, Quia persona creata non potest terminare existentiam naturæ increatae.

Dices, Persona increata potest terminare & sustinare existentiam naturæ creatæ: ergo etiam contrà.

Respondeo Negando Consequentiam: Quia Terminari, terminare, est ex perfectione; & nullam includit imperfectionem in terminante: terminari vero nem. per rem distinctam, supponit imperfectionem, & quandam incomplectionem in natura quæ terminatur, dependentiamq; à suo termino. Quæ omnia repugnant naturæ increatae: ergo non potest terminari ab aliena personâ.

Tertia, Quia natura diuina non potest separari à suâ propriâ personalitate, sicut natura creata à suâ.

Quarta, Quia persona creata fortassis non potest terminare aliam naturam, quām propriam, de quo infra.

Sed obiiciunt Nestoriani: humana natura est 16 Templum Verbi. Ioan. 2. verf. 19. Solute templum! Obiti. hoc. Item, Habitus seu vestimentum, Ad Philip. 2. Nestorij de Templo & vers. 7. Habitum inuenimus ut homo. Ergo hæc vñio fuit tantum accidentalis, scilicet per inhabitacionem, & representationem. Ita Theodoreus contra secundum anathematis Cyrilli.

Confirmatur, Quia Patres explicant hoc mysterium per vñiones accidentarias; vt ignis & ferrum agentis & instrumenti, rami insititi, & trunci. Denique duorum accidentium in uno subiecto.

Respondeo: Rectè humanitas dicitur Tem- 17 Quomodo plum Verbi, licer illi sit substantialiter vñita: nam Humanitas estiam corpus nostrum, quod essentialiter & sub- Nesforij de Verbi. stantialiter nobis vñitum est, vocatur domus nostra; Iob. 4. vers. 19. Quanto magis qui domus habitant luteas &c, id est, homines. 2. ad Corinth. 5. v. 1. Si terrena domus nostra huic habitacioni dis-solviatur &c. 2. Petri 1. vers. 14. Veloxy est depositio tabernaculi mei. 2. ad Corinth. 5. v. 4. Qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati.

Ad alterum locum: Habitus, ibi non est idem Habitus quod vñimentum; sed figura & conditio exterior; hoc enim ῥιξα significat: quasi dicat, secundum id quod exterius cernebatur, erat homo; quamvis iuxta naturam inuisibilem interior latenter, esset Deus. Quidam tamen Latinus per Habitu-

13
Quomodo
Verbum di-
catur in-
carnarum
sensu Ne-
stori.

Refellitur.

14

Qu. 2. De modo unionis Verbi Incarnati. A. 2. Dub. A. 3. Dub. 1. 25

Habent intelligunt indumentum: sed hoc iuxta eam metaphoram intelligendum, quā natura humana dicitur *Templum, Domus, Tabernaculum Verbi.*

Similitudines autem illę quas Patres adferunt, non exequant rei veritatem; sed ex parte tantummodo eam explicant.

Obijcunt Secundō, Christus fuit à Patre deserts; ut patet Psalm. 21. vers. 2. & Matth. 27. vers. 46. Atqui filius Dei non potest à Patre deseriri: ergo &c. Ita Theodorus in 4. Anathemas.

Respondeo; Filius Dei poterat deseriri non secundum formam Dei, sed secundum formam servi quam acceperat, dum à Patre non fuit protectus, & nullā consolatione refectus.

Obijcunt Tertiō, Verbum assumpsit hominem: ergo personam. Patet consequentia, quia nihil potest esse homo existens in rerum natura, quin sit persona. Antecedens probatur, quia hoc sēp̄ afferit Augustinus, ut libro de agone Christiano, cap. 11. & alibi. Et in Hymno: *Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis vterum.*

Confirmatur Primō, Quia quod non est assumptum, non est curatum; ut Damasc. ait lib. 3. de fide cap. 6. ergo si persona hominis non est assumpta, non est curata.

Confirmatur Secundō, Quia Christus dicitur Homo Deifer à Basilio in Psalm. 59. Et, *Homo dominicus* ab August. lib. 83. qq. qu. 36.

Respondeo, Quidam non improbat illum modum loquendi: *Verbum assumpsit hominem:* vt Scotus, Bonaventura, imo Ludovicus Vitae in lib. 9. de Ciuitate cap. 17. ridet Theologos eum improbantes: *Verbum alij p̄s̄im non probant propter Nestorianos:* sed sicuti inueniatur, piē est explicandus; nempe, ut homo, non rem assumptam, sed terminum assumptionis denotet, hoc sensu: *Affl̄psit hominem;* id est, naturam humanam, ut esset homo: *Sicuti si dicas, Rex assumpsit seruum,* id est, conditionem seruilem. Vel ita intelligendus est ille loquendi modus, ut homo accipiat pro natura humanā; ad designandum integrum naturam humanam esse assumptam.

Ad Primam Confirmationem: Damascenus tantum vult dicere, nihil ad rationem humanæ naturæ pertinens, esse relictum; quia alioquin non esset curatum; ut, si Verbum non assumpsisset verum corpus, vel veram animam rationalis, aut mentem humanam. Modus autem subsistendi humana natura proprius non pertinet ad integratitatem naturæ.

Ad Secundam Confirmationem: Basilius non dicit Christum esse *Hominem deiferum*, sed *carnem esse deiferam*: quomodo etiam posset dici *Animifera*. Nec mirum, cùm dicatur *Templum, Domus, Tabernaculum Dei*: nam in ea habitat diuinitatis plenitudo corporaliter, id est, tamquam in proprio corpore substantialiter unito. Locutio autem illa: *Christus est homo dominicus*, reprehenditur à D. Thoma infra quæst. 16. art. 3. Et retractatur ab August. lib. 1. retract. cap. 29. nam erat Dominus per essentiam.

Obijcitur Quartō, In Deo natura & persona non differunt: ergo si est facta unio in persona, etiam in natura: qui est error Eutychetis.

Respondeo, Inter naturam diuinam & personam, est quædam differentia virtualis seu eminens; quæ sufficit ut unio dicatur facta in persona, non in natura: Sicut sufficit ut persona generet, non natura; ut persona sit incomunicabilis, non natura.

ARTICVLVS III.

**Utrum unio Verbi facta sit
in hypostasi?**

Sensu est: Utrum in mysterio Incarnationis, natura humana unita sit diuinitati in eadem hypostasi.

Conclusio est affirmativa. Et de fide, definita expressè in Synodo V. actione 4. can. 5. & in Synodo III. canone 3. & 4. Vide Diuum Thomam.

Notandum est hanc Conclusionem non differe à Conclusione Articuli secundi, nisi verbis: Nam idem est hypostasis & persona; tandemmodo nomen hypostasis est generalius; nam significat omne suppositum substantiaz, sive rationale sive irrationale: persona autem significat suppositum naturæ rationalis; quale est diuinum, angelicum, & humanum. Vnde ex parte substantiaz nulla est differentia inter personam & hypostasim; sed solum ex parte natura rationalis vel irrationalis. Cū ergo in Christo utræque natura sit rationalis seu intelligens, si in ipso essent duæ hypostases, essent duæ persona; essent enim duo supposita naturæ rationalis. Posuit tamen Diuus Thomas hunc Articulum propter quosdam, qui vel ignorantia significationis istarum vocum, vel certe declinanda inuidia hereticorum Nestorianorum, negabant quidem in Christo esse duas personas: tamen affirmabant esse duas hypostases; & ita sub alijs verbis heretim eamdem introducebant. Circa hunc Articulum occurrunt duo dubia.

DVBIVM I.

**Quidnam hypostasis seu persona super-
addat naturæ?**

Omissis varijs opinionibus, quas recenset Cajetanus quæst. 4. art. 2. duas sunt præcipua. Prior est, Hypostasim, seu suppositum, seu personam, nihil reale addere super naturam individuum; sed solum duplēm negationem: *nempe, non esse actu in alio, nec ad id aptum esse;* scilicet aptitudine naturali: quæ duplex negatio sequitur intrinsecam perfectionem existentiaz, quam habet natura substantialis individua; sequitur, inquam, nisi diuinitus præueniatur. Hanc sententiam tenet Scotus in 3. dist. 1. quæst. 1. artic. 3. & Gabriel distinet. 4. quæst. 1. in principio, quamvis ponat quadruplicem negationem includi in persona. Ab eadem sententia, in re non differt Durandus in 1. dist. 3. 4. quæst. 1. & Henricus Quodlib. 4. quæst. 3. Ad eandem videtur omnino accedere Alexander Alensis parte 3. quæst. 4. memb. 6. & quæst. 6. memb. 3. & Bonaventura in 3. dist. 5. art. 2. quæst. 2.

Sed

Improbatio
185:

Sed plerisque hac tempestate hæc sententia videtur improbabilis. Primo, Quia si ratio personæ compleatur in negatione, non poterimus in Trinitate concipere tres positivæ personalitates. Secundo, Non poterit suppleri per positivum personalitatem Verbi: quomodo enim negatio supplebitur per positivum quid? Tertio, Concilia ex eo quod humanitas sit assumpta ad alienam personam, concludunt ipsam carere propriæ personalitatæ: ergo caret aliquo positivo; alioquin nihil aliud dicerent, quâm naturam assumptam non manisse inassumptam; quod est ridiculum. Quartò, Ratio personæ pertinet ad complementum substantiæ: ergo non potest consistere in solis negationibus. Antecedens Probatur, Quia si non pertinet ad substantiam complementum, humanitas Christi esset substantia omni ex parte completa; ac proinde non posset vñiri Verbo, nisi accidentaliter; quod omnino dici non potest.

22 Hypostasis
superaddit
natura
proprietate
rem quan
dam pos
suum:

Altera sententia est: Rationem hypostaticam addere naturæ proprietatem quandam positivam & realem, distinctam ab illa, non tam tamquam rem à re: sed tamquam modum à re. Est communior sententia Doctorum hoc tempore. Eandem in re tenet Caietan, quæst. 4. art. 2, quamvis dicat distingui realiter à naturâ; sed intelligit, non tantum ratione: fallitur tamen, dum purat hunc modum esse priorem ipsâ existentiâ, tamquam necessariam dispositionem ipsius nature, vt sit apta existere.

23 Quatuor
considera
da in sup.
posito
creato.

Pro cuius intelligentiâ, Notandum est in omni supposito creato quatuor considerari posse: Primo, Natura specifica, quæ secundum se, est communis omnibus individualiis. Secundo, Differentia individualis, quæ naturæ accedens constituit hoc individualium; v. g. hanc naturam humanam. Tertio, Existentia, quæ concipitur veluti modus naturæ individualis, per quem ipsa est extra causas suas, & entitas actualis; nulla enim natura est capax existentiæ, nisi contracta ad esse singulare. Quartò, Considerari potest modus quidam illius existentiæ, ratione cuius natura existat per se, vel in alio. His positis,

24 Ratio cy
postatica
est modus
existendi
per se.Existentia
præcisè
considera
ta, est in
differens
ad esse per
se, vel in
alio.

Dico, Hunc modum existendi per se, esse rationem hypostaticam. Primo, Quia vltimò compleat existentiam, facitque vt res per se existat, nulli alteri adhaerens. Secundo, Quia existentia huius humanæ naturæ præcisè considerata, non includit in sua ratione formalis esse actu per se, aut esse in alio; sed ad utrumque quodammodo est indifferens: Sicut existentia accidentis præcisè considerata, non includit in ratione sua formalis esse actu in alio, vel esse per se; sed solum, esse extra suas causas: ergo hæc existentia potest utroque modo modificari. Atqui esse in alio, addit ipsi modum quendam realem; cur non etiam esse per se addat illi modum realem? id est, ita esse, vt ei repugnet esse in alio: quod proprium est hypostasis seu suppositi.

Tertio probatur & explicatur exemplis, quæ rem hanc nonnihil elucidare poterunt.

Primo, Exemplo accidentium in Sanctissimâ Eucharistiâ: Sicut enim accidentia in Eucharistiâ, cùm existunt sine subiecto, habent quidem eandem existentiam quam habebant cùm essent in subiecto, non tamen habent eundem existendi modum: quia cùm sunt in subiecto, existunt

in alio, in quo recumbunt, & à quo terminatur eorum existentia: cùm autem existunt sine subiecto, habent aliud existendi modum. Par ratione, humana natura in Christo, & in nobis, habet diuersum existendi modum, licet existentiam omnino similem: in Christo enim humana natura existit in alio, nempe in personâ Verbi, à qua eius existentia terminatur; ideoque non constituit propriam personam humanam, cùm suâ personalitate careat, nempe illo modo subsistendi in se: In nobis autem, non existit in alio, sed in seipsa, terminans ipsa suam existentiam: vnde habet aliud modum, qui est, suam existentiam terminare; cum quo modo ipsa natura constituit personam humanam.

Secundo, Exemplo aliarum substantiarum, 2. Guttæ aquæ, dum suo termino clauditur, aquæ fera, rata, & dein condensantur, & terminans ipsa suam existentiam: vnde habet aliud modum, qui est, suam existentiam terminare;

3. Quantitas & qualitas, Similes terminos inuenimus in quantitate & in qualitatibus, quatenus intenduntur & extenduntur.

Itaque personalitas, seu ratio hypostatica, nihil aliud addit naturæ actuali in creaturis, quâm modum illum existendi in se, secundum quem, res dicitur esse in se, & non in alio.

Porro hic modus est duplex; scilicet exterior quo substantia ita exterius terminatur, vt nulli alteri adhaerescat tamquam pars integralis: & interior, quo substantia ita terminatur vt non adhaerescat alteri sicut forma, aut sicut natura sum penetrante coësistens cum altero.

Dices; Illud, per se, non videtur ipsi existentia humanitatis aliquem modum superaddere: nam illa existentia, in sua ratione formalis includit esse per se, cùm sit esse substantia, quæ est res per se existens. Et confirmatur, quia accidentia in Eucharistiâ existunt per se, tamen verius est illis non accedere ullum nouum modum positivum, quo per se existant: ergo neque hæc modus fingi debet.

Respondeo; *Essere per se*, quod est de ratione substantiæ, est idem, quod esse ita perfectum, est per se, vt non possit esse in alio, vt insubiecto: non tamen est de ratione eius, vt ita sit completum, vt nulli alteri possit adhaerescere: sive, vt omnibus modis esse ipsius per se terminetur: alioquin genera & species substantiarum, non essent substantiae, cùm terminentur differentiâ individualiâ: Item partes non essent substantia, quia adhaerescunt alteri. Dici etiam potest, sicut existentia accidentis, non includit in sua ratione, vt actu insit alteri; sed vt naturaliter apta sit, postuletque inesse: ita existentia substantia non includit vt actu per se sit, sed vt apta sit, postuletque natura sua esse per se.

Ad Confirmationem, Multi non sine ratione accidentibus extra subiectum positivum aliud existendi modum tribuunt; vnde ex opposito non recte arguitur. An vero accidentia hæc extra subiectum, positivum aliud existendi modum habeant, nos alibi dicemus.

Dices Secundo, Si talis modus requiritur ad subsistentiam: ergo substantia non subsistit per se, sed per modum illum necessarium.

Respondeo;

Declaratio
sur exem
plis.
1. Acciden
tium Eu
charistiâ.

Respondeo; Ille modus naturaliter imbibitur in ipsa substantia actuali, tamquam intrinsecus terminus: Sicut superficies est in corpore; & omnes termini in rebus, quas intrinsecè terminant: & ideo substantia dicitur per se & non in alio terminari & subsistere. Potest etiam aliter respondere, ut num. praecedenti insinuauimus.

Ex dictis patet Primo; Quam sit probabile rationem hypotheticam esse modum positivum essentiae actualis; cum variè modisetur per esse in se, &c., esse in alio. Secundò patet, Personam seu hypotheticum nihil addere supra naturam individualum, nisi illum modum per se. Tertiò patet, Quomodo personalitas sit complementum substantiale ipsius naturae; tunc enim in ratione substantiae est completa, quando per se terminatur. Quartò, Hunc modum non esse accidens, nec partem substantiae vel naturae rei; sed complementum seu terminum naturae, qui ad genus substantiae pertinet: Sicut terminus quantitatis ad quantitatem; modus inexistendi accidentis, ad genus illius accidentis. Vnde compositio istius modi cum natura, non est compositio accidentaria, sed substantialis; quia est compositio naturae cum suo intrinseco modo substantiali.

D V B I V M . I I .
Vtrum unio Incarnationis facta fuerit per modum unionis naturae cum ratione hypotheticâ seu substantiâ?

*R*espondeo & Dico Primo, Vnione Incarnationis per se primò & immediatè copulata est natura humana, cum ipsa substantia seu ratione hypotheticâ Verbi diuini: vnde semotis imperfectionibus, hæc vno facta est in modù vnionis naturae cum suâ ratione hypotheticâ. Patet ex dictis. Ideo enim hæc vno dicitur personali, hypotheticâ &c., quia est tamquam naturae & substantiae, seu personæ. Item dicitur esse facta in persona, in substantiâ Verbi Dei; quia natura humana est in eadem personâ, in qua natura diuina; & tandem accepit substantiam quam habet natura diuina. Secundò, Quia humanitas Christi caruit propriâ personâ creatâ, & tamen non manifit in persona & cœrvosatos, vt ait Damasc. lib. 3. cap. 9. ergo fuit persona à Verbo, illique tamquam rationi hypotheticâ unita. Tertiò, Patet à sufficienti enumeratione, nam omnes alij modi vnionis substantialis fuerunt exclusi: non enim fuit conuersio vnius naturæ in alteram, nec vno per modum partium essentialium, neque etiam per modum partium integralium, vt per se constat: ergo, vt naturæ & suppositi.

Dices, Cur non vt existentia cum essentiâ?

Respondeo, Quia inter haec non est propriè vno; nam essentia considerata vt distinguitur contra existentiam, non est quiddam in naturâ rerum existens, sed solum quid potentialis existens in potentia obiectiva, quia est intelligibile & operabile, vnde non potest vniiri alteri tamquam rei distinctæ. Deinde, quia humana natura in Christo habet propriam suam existentiam creatam, quâ est natura actualis extra suas causas, siue extra nihil, & terminus creationis: ergo implicat contradictionem, vt existentia increata ei sic vniatur, vt per illam formaliter existat. Sed plura hac de re infra quæst. 17.

Dico Secundò, Ex hac immediatâ conjunctio- ne substantia diuinæ cum naturâ humana, fa- *Natura di-*
ctum est vt etiâ duæ naturæ substantialiter man- *nina &*
serint unita in eadem substantia seu personâ *humana*
Verbi. Patet ex dictis; Nam humana natura fuit *unita sunt*
vnita substantia diuinæ, ita vt haec fuerit facta *substantia*
substantia: natura autem diuina huic sub- *in una*

substantia ante inseparabiliter erat coniuncta: ergo
duæ naturæ sunt unita in eadem substantia,
& eadem substantia est substantia duarum naturarum. Ex quo ulterius sequitur: etiam in Christo sit tantum vna persona, tamen haec est instar duarum, quatenus duarum naturarum existentiam terminat.

Sed contrâ hoc mysterium objiciuntur tria genera Argumentorum. Primum sumitur ex parte Verbi. Secundum ex parte naturæ: Tertium ex parte compositi. Ex parte Verbi

Objicitur Primo; Si Verbum tribuit humana- *Obiectio-*
næ suam substantiam: ergo substantia Ver- *nes ex par-*
bi est forma seu affectio humanitatis. *te Verbi.*
i. Quod
substantia
Verbi,
est forma
humanitatis.

Patet Consequentia, Quia substantere dicitur à substantiâ, sicuti scire à scientiâ: atqui homo dicitur scire à scientiâ tamquam à formâ quadâ: *i. tis.* ergo similiter à substantiâ dicitur substantere, tamquâ à formâ quadam humanae naturæ. Confirmatur; quia substantere humanae naturæ pendet à substantiâ Verbi: ergo secundum aliquid genus causæ: atqui non tamquam à causa effidente; quia causalitas effectiva est communis toti Trinitati: nec tamquam à causâ finali, vel materiali, vt patet per se: ergo tamquam à causâ formalis.

Respondeo Negando Consequentiam: Substantia enim etiam naturalis non est propriè forma, vt fusè ostendit Scotus in 3. dist. 1. quæst. 1. sed est ultimus terminus & naturæ modus. Patet, quia materia nuda habet suam partialem substantiam qua terminatur & in se exilit, tamen non habet aliquam formam. Similiter anima separata & Angelus habent suam substantiam, non tamen habent aliquam formam substantialem qua informantur. Vnde compositio ex naturâ & substantiâ, est alterius rationis quam compositio materiæ & formæ.

Ad Probationem Conseq. Resp. Eisi in modo significandi similiter dicitur substantere à substantiâ, atque scire à scientiâ; in re tamen non est idem genus causandi. Nam etiam homo similiter dicitur à materiâ materialis, vt ab animâ dicitur rationalis; non tamen secundum idem genus causæ genus. Pari modo accidentia dicuntur substantere per substantiam subiecti; tamen haec non est illorum forma vel materia.

Vnde ad Confirmationem Argumenti, Dico non omnem dependentiam pertinere ad aliquod genus causæ: Nam relatio pendet etiam à termino; non tamen secundum aliquod genus causæ propriè loquendo: refertur tamen ad illud genus causæ, cum quo maiorem habet affinitatem: & ita haec dependentia humanitatis à Verbo, reducitur ad causam formalem; dicitur enim humanitas substantere substantiâ Verbi, tamquam à causa quasi formalis.

Objicitur Secundò: Si humanitas substanteret in Verbo, afficeret Verbum & quasi informaret: Nam natura est forma suppositi; atqui hoc reputat perfectio: i. Verbi unius.

C. i. Respondeo,

Refellitur. Respondeo; Humanitas nullo modo afficit ipsum Verbum, nec ullam in ipsum habet causalitatem; quia neque illi inhæret, nec ullo modo ipsum informat: quia neque Verbum capax est huiusmodi affectionis, neque humana natura apta est informare. Solum ergo humana natura dicitur esse, & re ipsa est in Verbo, quia ineffabil modo terminatur & sustentatur ab illo, ita ut inde resulteret hic homo subsistens, cuius, quatenus est hic homo, natura integra est humanitas, qua non est propriè forma suppositi, sed solum secundum nostrum modum concipiendi: natura enim concipitur ut forma totalis respectu suppositi.

Obiectum. Objetum Tertiò, Verbum est usquequaque perfectum: ergo extrinsecus illi vnitur humana natura tamquam quid accidentarium.

Respondeo, Negando Consequentiam: Etsi enim Verbum sit res omnino completa, humanitas tamen in ratione substantiae est incompleta; ideoque potest à Verbo substantialiter cōpleri: quare illa vno est substantialis, non accidentalis; non enim ita aggregatur Verbo, ut ipsi extrinseca maneat, sed Verbum vnitur illi immediatè & penitus per suam rationem hypostaticam: quamvis enim humanitas vniatur toti Verbo & diuinitate, ratio tamen vnionis immediata est sola substantia personalis, qua ita humanitati accommodatur, ut cum illa perfectam personam incomprehensibili modo confituantur.

Obiectum Quartò, Ipsi Verbum videbitur mutari; nunc enim est vniuersitatem, non antea; nunc est homo, non ante; quæ denominations non sunt omnino extrinseca.

Respondeo, Nego idcirco Verbum mutari: ad hæc enim omnia sufficit mutatio facta in humanitate. Cum enim Verbum sit infinita perfectionis in ratione hypostaticâ, habet omnem vim sustentandi & terminandi sine mutatione sui, quæ posset fangi ei competere per mutationem.

Dices; Vnire est agere: ergo vniuersitatem pati.

Respondeo; Vniri, est pati in eo, quod per sui mutationem vnitur alteri; non tamen in eo quod solum dicitur vniuersitatem aliud ipsi vnitur, vt patet in unione mentis cum Deo. Denominatio autem illa qua Verbum dicitur homo, non est censenda extrinseca, Physicè loquendo: quia est à re intime ipsi coniuncta. Potest tamen Logicè loquendo dici extrinseca, quia accipitur à re omnino distincta à Verbo.

Alterum genus argumentorum sumitur ex parte naturæ humanae.

Obiectum Primo: Subsistens est modus quidam humanae nature; atqui modus rei, eti possit interdum à re separari, non tamen potest per aliquid suppleri: ergo neque subsistens poterit ita separari à natura, ut per rem distinctam suppletur, nempe per subsistens Verbi. Major patet. Probatur minor, quia homo non potest esse figuratus, figurā alterius, nec fedens, fessio alterius; nec existens, existentiā alterius: ergo neque subsistens subsistens alterius.

Respondeo; Etsi fortè alij modi, ut existentia, figura, fessio, motus, non possint à Deo suppleri, maximè iij qui imperfectionem inuoluunt: subsistens tamen potest, quia dicit perfectionem simpliciter, & in Deo formaliter & propriè reperitur. Nam subsistens Verbi etiam præcisè considerata, est res perfectissima; atque adeo est

ipsa Verbi persona, & id quod subsistit: quod fit, vt possit etiam vniiri per seipsum naturæ creatæ existentiæ, illamque sustentare.

Dici etiam potest, modum rei non posse suppleri per rem distinctam, quando debet fieri idem modus effendi eiusdem rationis, atque erat is, *Natura humana* habet in quem res habebat antea: hinc verò non ita fit, *in Verbo*. Nam humana natura in Verbo, non habet similem effendi modum, quem habebet, si in se ipsa existet: Verbum enim dat illi longè aliud effendi modum; nimis ut existat in sublimiori, *dum quam* *in seipso* *habeat* *ji* *existeret*. Quare mirum non est, modum illum sustentandi per se, humana naturæ suppleri per rem distinctam. Quod explicatur exemplo: sphera, vel etiam gutta aquæ in spharam contraria, habet quendam modum existendi in se, tantum formaliter à se distinctum; quia suis clauditur terminis; quendam si vniatur alteri corpori, amittet priorē modum, & acquirit nouum in re distinctam; atque ita supplebitur prior modus per rem distinctam. Simili modo fit in humanitate Christi.

Obiectum Secundum: Humanæ naturæ in Christo nihil deest, quod possit à Verbo suppleri; *2. Obiectum* *quod bu-* *manæ na-* *turæ nihil* *atqui substantia completa per se existit: ergo.* *tura sup-* *plendum.*

Confirmatur: Quia etiamsi dimitteretur à Verbo, nihilominus maneret in rerum naturâ, ac proinde per se existet.

Respondeo; Humanitati Christi deesse quendam terminum seu modum substantiale, qui tam non est de essentiâ hominis aut substantiae. Sicut enim actus inhærente, non est de essentiâ accidentis, sed modus connaturalis ipsius; ita actus per se existere, non est de essentiâ substantiae, sed modus ei connaturalis.

Ad Confirmationem dico, Etsi humanitas Christi pendeat à Verbo in ratione subsistendi, non tamen penderet in ratione existendi; quia non habet existentiam à Verbo, sed tantum subsistentiam: sicut pars dum est in toto, penderet à subsistentiâ totius. Vnde si humana natura dimitteretur à Verbo, nihilominus existet, imo etiam per se subsistet; nā naturalis modus subsistendi, per nouam actionem naturæ, resultaret & emanaret à Verbo ab ipsa naturâ: sicut proprietates emanant ab essentiâ, & informatio animæ resultat ex ipsa animæ naturâ, intimè corpori dispositio applicatâ; & inhærentia, ab ipsa natura accidentis subiecto suo intimè presentis. Quod si Deus hanc emanationem impedit (quod omnino puto cum Caietano, fieri posse per potentiam Dei absolutam) tunc natura per se existet negatiue, Sicut iuxta aliquos accidentia in Eucharistia, quæ non habent aliquem modum positivum, ratione cuius per se existant.

Obiectum Tertiò: Si illa humanitas non subsisteret per se, sed tantum in Verbo, esset violenter in Verbo. Probatur; Quia careret vltimæ humanae suo actu, seu perfectione connaturali; ac proinde appeteret & inclinaretur ad illum: ergo violenter contra inclinationem in Verbo detineretur: ergo in Verbo.

Respondeo; Humanitas Christi non appetit *Negatur.* propriam personalitatem appetitu elicito, sed vt summum quidam inclinatione & pondere naturali. Non tamen idcirco hæc vno est violenta, & contra naturam, sed potius suprà naturam: quia fit per omnipotentiam auctoris naturæ, & potentiam obedientialem ipsius creaturæ; quæ non repugnat

Qua do-
nominatio-
ne Verbum
dicatur
Home.

Obiectio-
nes ex par-
te naturæ
humanae.

3. Quod
modus ne-
queat sup-
pleri.

Regatur
de modo
qui dicit
perfectionem.

repugnat inclinationi naturali. Deinde hæc vno continet eminenter omnem perfectionem subsistentie humanae: vnde non tam est contraria appetui naturali, quæm consentanea; quia magis perficit naturam, quæm propria subsistentia: quare Christi humanitas non propriè inclinat ad subsistentiam creatam, cùm meliori modo sit completa per increamat. Sicut appetitus rectè ordinatus non appetit bona inferiora sibi commensa, quando illa possidet in bonis melioribus; maximè si illa meliora non possint cum inferioribus consister.

³⁸ Obiect. 4. Obiect. quid Christus non est per-
ficius homo.

Objeicitur Quartò, Illa subsistentia humanae vel est accidentis; & sic non potest suppleri per aliquid increatum: vel est substantia pertinens ad integratem hominis; & ita Christus non erit integer & perfectus homo.

Respondeo; Illam subsistentiam neque esse accidentis propriè, neque substantiam, sed terminum & complementum substantiae, ad genus substantiae reductiuè pertinens. Christus tamen propriè & completem est homo; quia hæc denominatio hominis, sumitur à natura, quæ in Christo est integriforma, & completa in ratione naturæ, licet non in ratione subsistentis.

³⁹ Obiectio-
nes ex par-
te cōpositi.
1. A disti-
tione extre-
morum.

Tertium genus argumentorum sumitur ex toto composito.

Objeicitur Primò, Videtur impossibile vt res tam infinitè dissimile, tam perfectè coalescant, vt resulteret quiddam per se vnum.

Respondeo; Si corpus & spiritus, qui tantum inter se distant, possint naturaliter vniiri, ita vt etiam in unam naturam coalescant, cur virtute infinità, ea quæ etiam infinitè distant, non poterunt coniungi, non quidem in unam naturam, sed in vnam personam? præsternim cùm idonea proportio non desit: omnis enim creatura est imago vel vestigium diuinitatis, ab eâ promanans, & per eam assidue consistens, per intimam suppeditationem ipsius esse.

⁴⁰ 2. Quid
extrema
debeant esse
eiudem
generis.
Refellitur.

Objeicitur Secundo, Ea quæ aliquod vnum per se constituant, debent esse eiudem generis; alioquin daretur aliquid, quod neque esset creatum, neque increatum; atqui hoc extrema, scilicet Verbum & humana natura, nō sunt eiudem generis: ergo &c.

Respondeo; Non est necesse vt extrema quæ vniuntur sint eiudem generis; vt patet in corpore & spiritu: nisi genus sumamus latè, vt comprehendat etiam rationem analogam. Quomodo etiam homo & Deus sunt eiudem generis; quia sunt substantiae. Vtrum autem illud compositum sit creatum, an increatum, dicetur Art. 7.

ARTICVLVS IV.

Vtrum persona vel hypostasis Christi, post Incarnationem sit cōposita?

⁴¹ R Espondet D. Thomas duabus Conclusionibus. Prior est: Persona Christi secundum id quod est in se, omnino est simplex. Altera: Persona Christi considerata secundum rationem personæ seu hypostasis, ad quam pertinet subsistere in aliquâ naturâ, est composita. Ratio est, quia licet ibi sit vnum subsistens, tamen est alia & alia subsistendi ratio. Vbi

Nostandum est, Christi personam secundum se Christi considerari, quando spectatur tantum, secundum personam secundum se, quæ sunt ipsi naturalia: & sic considerata, est secundum se simplex; qui reperitur in illâ tantummodo natura diuina, & personalitas diuina, quæ nullam faciunt compositionem. Consideratur autem in hypostasis, quando spectatur ut subsistens in alijs naturis, siue propriæ, siue alienâ; & sic est composita: nempe, si natura illa sit distincta.

Dicit autem in Christo esse duas rationes subsistendi; vel quia subsistentia Verbi subit rationem & vicem duarum subsistentiarum, dum duas ⁴² Quonodo in Christo naturas terminat: vel quia in Christo sunt duas ^{fint due} rationes, quia altera natura, est ratio cur subsistat perfectus homo. Etus Deus; altera, cur subsistat perfectus homo. Quamquam satis improprie dicatur in Christo esse duas rationes subsistendi: propriè enim tantum est vna subsistentia, & subsistendi ratio; quamvis sint duas naturæ, in quibus ipse subsistit. Sed est

D V B I V M.

An hæc vno fuerit vera compositio: & idcirco terminus resultans per hanc unionem, sit persona composita?

M Vlti DD. vtrumque simpliciter negant. ⁴³ Ita D. Bonaventura in 3.d.6.a.1.q.2. Scotus ibidem q.3. Durand. ibidem eadem qua st. & alij quidam. Ratio est, quia compositio includit imperfectionem in utroque componentem.

Contraire docet hic D. Thom. Pro quo

Dico Primò, Vnionis compositionis fuit vera & propriè dicta compositio ex subsistentia Verbi, & Christus humanâ naturâ, ex quibus, hic homo Christus, est vera qui est terminus huius compositionis, exitit compitus. Ex subsi-
stentia

Probatur Primò, Ex Concilijs: Nam in V. Verbi & Synodo c. 4 dicitur: Sancta Ecclesia vnam Verbi humanam ad carnem secundum compositionem fateatur. Can. 7. ⁴⁴ natura, Christus habet duas naturas, ex quibus est compitus. ^{1. Ex Con-} In Synodo VI. Actione 4. sub finem: Confitemur cœli. & Christum ex duabus naturis compitum. Item Actione 11. in epistola Sephronij idem dicitur. Idem habetur in Concil. Rom. sub Martino I. Can. 8. Incarnationem secundum compositionem factam esse. Quo modo loquendi libenter vtebantur Cœilia propter hæresim Eutychetis, vt significaret vtrumque naturam saluam transire in illâ coalitione.

Probatur Secundò, Ex Patribus. Dionysius c. 1. de diuinis nominibus: Supra modum, inquit, benignam (scilicet celebramus) diuinitatem: quia in una tribus personarum suarum, infirma nostra integrè veris, neque suscepit, ad se ipsam reuocans & adstringens beatitudinem nostram; et quia ineffabiliter compitus est simplex IESVS, eternusque &c. Damasc. lib. 3. de fide c. 3. Substantiale dicimus vniōem, quod due naturæ sint unitæ in unam compitam Filij Dei hypostasim. cap. 4. Vnam hypostasim agnoscimus ex utroque naturâ compitam. Similia habet cap. 6. & 7.

Addo multos Patres vti nomine Mixtionis. ⁴⁵ Dicitur zianzenus serm. de Paschate, Incarnationem vocat Mixtriam. Tertull. lib. de carne Christi, dicit in Christo esse hominem mixtum Deo. Augustinus epist. 3. In illâ persona, nempe puri hominis, Mixtria est corporis & animæ; in hac persona, mixtria est Dei &

30 Quæst. 2. De modo vñionis Verbi Incarnati. Art. 4. Dub.

Dei & hominis. Ergo persona hominis, mixtura est corporis & animæ; persona autem Christi, mixtura est Dei & hominis. Cum enim Verbum Dei permixtum est animæ habenti corpus, simul & anima suscepit & corpus. Quibus locis, nomine mixtionis, intelligunt compositionem; quamvis hic modus loquendi videatur duriusculus.

46
3. Ex ratione.
Probatur Tertiò Ratione: Christus homo est propriè vnum suppositum, & vna persona humana: atqui non est simplex suppositum; nam constat ex rebus distinctissimis, subsistentiâ diuinâ & naturâ humana: ergo est compositum.

Pater Consequentia: Tùm quia inter hæc, non est medium; tūm quia cōpositum nihil est aliud, quam vnum quiddam ex multis inter se vnitis constans; & compositio, est diuersorum vni, ita ut ex illis vnum existat, in quo alterum sit instar actus, vt hoc loco Verbum; alterum veluti potentia, vt humana natura: hæc enim per se necessaria sunt ad rationem compositionis. Alij autem imperfectiones, v.g. vt vtrumque sit incompletum, vt alterum informet alterum, non sunt de ratione compositionis.

47
3. Ex ratione.
Dico Secundo, Per hanc vñionem subsistentiæ Verbi cum humana natura, etiam effectum est, vt Christus sit compositus ex duabus naturis; & vt duas naturæ componant vnum subsistentem in vtrâque. Sequitur hoc manifestè ex priore: & de hac compositione magis exp̄r̄se loquuntur Cōcilia & Patres, quād de altera: quamvis comp̄s̄tio ex duabus naturis pendeat & sequatur ex compositione subsistentiæ & humanitatis.

Vbi aduerte, in Christo esse duplē compositionem: Prima, immediate & principalis, est subsistentiæ Verbi cum naturâ humana, quæ est instar vñionis personalitatis cum naturâ: & hæc primò & immediatè facta est per Incarnationem. Secunda, quæ est naturæ humanae cùm diuinâ, qua saltem ratione distincta est à priore, & ex ea sequitur.

Probatur propositio. Christus, vt subsistens in dupli naturâ, est quid compositum; & illius compositionis extrema sunt illæ naturæ, quæ inter se vniuntur: ergo componunt aliquid vnum.

48
Cur potius
in Christo
sit compo-
situs, quam
in Trini-
tate.
Dices, Diuinae personæ quamvis inter se distinguantur, & vniuntur in naturâ diuinâ, non tamen componunt quid vnum: ergo etiam hæc duas naturæ distinguuntur & vniāt in subsistentiâ Verbi, non tamen idè component quid vnum.

Respondeo Negando Consequentiam: Quia persona diuina vniuntur in naturâ, non per compositionem ipsarum cum naturâ, vel inter se; sed per omnimodam identitatem & indistinctionem. Et quia inter se non aliter vniuntur, sed potius opponuntur; ideo nulla est ibi compositione: hæc vero est diuinitas non sit conjuncta Verbo per compositionem, tamen humanitas vniat Verbo per compositionem, & consequenter diuinitati: ita ut ex vtrâque naturâ sic vnitâ, non resultet nisi vna persona; quæ tamè virtutè est instar duarum: quatenus enim subsistit in naturâ diuinâ, est persona diuina: quatenus autem subsistit in natura humana eius existentiam terminans, est persona humana. Vnica tamen est persona quæ terminatur ad vtramque vñionem; sed immediate terminatur ad vñionem humanæ naturæ cùm personalitate Verbi; mediatè vero ad vñionem naturæ humanae cum naturâ diuinâ.

Christi
vnica Per-
sona est
virius
duplex.

Sed contrà, Objicitur Primò, Omnis compositione est ex partibus: atqui Verbum non potest esse pars: ergo non potest venire in compositione.

Respondeo Negando Antecedens: Componens enim latius patet, quam pars. Ut patet etiam in rebus creatiis: quia est competitio ex subsistentiâ creatâ, & naturâ, & linea, & puncto; quorum tamen neutrum est pars. Ita Christus componitur ex humanitate & Verbo, tamquam ex natura & subsistentiâ; non tamquam ex partibus. Neque enim Verbum potest dici pars, cùmpars dicat quid intrinsecè incompletum: neque etiam humanitas aut diuinitas, pars dici possunt, cùm sint integræ naturæ. Vide D. Augustinum lib. 3; contra Maximinum cap. 10. vbi docet diuinitatem non esse partem Christi: & humanitatem non accessisse diuinitati, tamquam partem parti.

Objicitur Secundò, In omni compositione componentia se vicissim perficiunt; quia in composite habent suum complementum: atqui Verbum non perficitur: ergo eius vnius non est compositione.

Respondeo; Quando componentia naturâ suâ sunt destinata ad componendum quid tertium, perficiuntur. At Verbum diuinum in hoc mysterio non naturaliter, nec vt se perficeret, vniatur humanitati; sed vt perficeret naturam huminam. Vnde in hac compositione hoc etiâ est singulare, vt compositum, scilicet Christus, non sit perfectius intensius altero componentium, scilicet Verbo: quia Verbum secundum se, continet excellentissime totam naturę huminam perfectiōnem. Sicut Deus & mundus simul, non est quid perfectius quam Deus seorsim; nisi extensus tantum.

Objicitur Tertiò, Est compositi, exurgit è componentibus; atqui esse Christi, cùm sit alterum, non resultat ex illis: ergo Christus non est sibi, vñiāt, personâ compositus.

Respondeo; Etiam si esse Christi, vt est Verbum Dei & persona diuina, non pendas à componentibus; tamen esse eius, vt est persona huminæ, & homo, pendet ab huminâ naturâ.

Objicitur Quartò, Omne compositum, est sua componentia sumptu: vt, homo est anima & corpus coniuncta: atqui Christus non est diuinitas & humanitas coniuncta: ergo non componitur ex illis.

Respondeo; Quidam absolute concedunt Christum esse huminam & diuinam naturam vnitam. Ita Greg. Arim. in 1. distin. 28. quæst. 2. ad 18. manus. Probatur ex D. August. tract. 78. in Ioan. Sicut coniunctus vñs est, inquit, homo anima rationalis & caro, sic vñs vt quidam est Christus, Deus & homo, ac per hoc, Christus est Deus, anima rationalis, & caro. Similiter in Enchiridio cap. 38. Cur impossibile videatur vt Verbum, caro & anima vñs I E S U S Christus, vñs Dei huminæ & filius? Damascen. 1. 3. de fide cap. 19. Dua naturæ, vñs Christus; & vñs Christus, duc naturæ. Idem expressè dicunt: D. Leo Epist. 11. quæ est ad Tullianum. Et D. Bernard. lib. 5. de considerat. ad Eugenium paulò post medium. Ratio est, quia nihil est aliud persona, quam natura & subsistentia.

Thomistæ tamen rejiciunt hanc locutionem tamquam hereticam. Primò, quia in Concil. Constantiensi Sess. 15. damnatur ille articolus Ioannis Hus, ordine quartus: Dua natura diuini-

tas &

Quæst. 2. De modo unionis Verbi Incarnati. Art. 5. 6.

31

tas & humanitas, sunt unus Christus. Secundo, quia inde sequuntur propositiones hereticæ; nempe, diuinitatem, esse diuinitatem & humanitatem simul sumpta, si ita colligas. Christus est diuinitas & humanitas; atqui Christus est diuinitas ergo diuinitas est diuinitas & humanitas.

Refelluntur.
Sed facile responderi potest, Concilium Constantiense damnum illam propositionem in sensu auctoris, qui erat sensus diuinus, ut docet Thomas Waldensis lib. i. doctrinalis fidei antiquæ cap. 42. Argumentum vero est Sophisticum: patet in simili: Christus est mortuus, Christus est diuinitas: ergo diuinitas est mortua. Item Christus est compositus ex diuinitate & humanitate, Christus est diuinitas: ergo diuinitas est composta ex diuinitate & humanitate. Variatur enim appellatio.

Explicatur identice, non formaliter.
Respondeo ergo Primo, hanc propositionem esse hereticam: *Christus est humanitas, quia confundit naturas; nec in sensu formalis nec identico potest admissi. Secundo, haec est vera, Christus est diuinitas, quia est identica, ut patet ex tractatu de Trinitate. Tertio Christus, est diuinitas & humanitas coniunctim, est vera identice; quatenus Christus accipitur pro supposito, non simpliciter, sed ut includit naturam humanam; non tamen omnino proprie seu formaliter. Sicut nec ista: *Verbum, est diuinitas & humanitas simul*: haec est enim multo propriis propria.*

Quare ad Argumentum Respondeo, compositum esse sua componentes simul sumpta, non in sensu omnino proprio & formalis, sed identico. Compositum enim nihil includit, nisi ipsa componentia coniuncta: & ipsa componentia coniuncta, nihil includunt nisi quod includitur in composite.

ARTICVLVS V.

Vtrum in Christo fuerit facta aliqua unitio anima & corporis?

refert contrariam sententiam ut probabilem, tam- *Magister*
quam probabile sit Christum assumisse carnem & resellitur.

animam, sed non unita inter se immediate, sicut in nobis, sed tantum unita cum Verbo. Neque recte quidam illud excusat, quod eius tempore contrarium non fuerit adhuc manifestè definitum, &

hoc damnatum; sed primum ab Alexandro III.

Capitulo Cum Christus, titulo de hereticis. Con-

stat enim in Concilij citatis expressè esse damnatum: immo semper fuit hereticum. Nam inde cla-

rē sequitur Christum non esse, verum hominem:

Nam de hominis ratione est, ut constet ex anima & corpore vnitis, per modum materie & formæ.

*Aloquinus
Christus
non fuerit
verus
homo.*

Deinde sequitur illum non potuisse concipi, mori, resurgere: Nam conceptio hominis fit per vni-

nem animam cum corpore, & mors per separatio-

nem animam à corpore, Resurreccio per reuniatio-

nem animam cum corpore. Nam à Verbo, nec ani-

ma nec corpus vnuquā relictum fuit: quare mors

non potest intelligi per separationem animæ à Verbo, nec resurreccio per coniunctionem animæ

cum Verbo, sed cum carne dumtaxat.

Dices; ex anima & carne inter se vnitis, con-
stituitur persona humana: ergo si in Christo fuit
haec vno, etiā fuit in ipso persona humana distin-
cta à Verbo.

Respondeo, ex anima & corpore vnitis, per se
primo tantum resultat humana natura; persona *Quomodo*
autem tantummodo secundari, & ex consequenti, *ex anima*
si animum illa natura sibi relinquatur: atqui in *& corpore*
Christo non relinquitur sibi, sed ita Verbo ad- *vnitis con-*
stringitur, ut eius propria personalitas praevenia- *stituatur*
tur à personalitate Verbi; ita ut ex natura huma- *persona*
na & personalitate Verbi, existat humana persona,
non distincta à Verbo.

56

ARTICVLVS VI.

*Vtrum humana natura fue-
rit unita Verbo acciden-
taliter?*

R Esonderetur, humana natura non acciden-
taliter, sed substantialiter Verbo unita est.
Est fidei, definita in Synodo III. Generali, can.
2. Si quis non confitetur carni secundum substantiam,
unitam Dei Patris Verbum, anathema sit. Can. 13.
Dicimus quod Verbum carnem animatam anima rationali,
sibi copularit; & substantialiter, & ineffa-
biliter, & incomprehensibiliter factum sit homo. Et in
epistola Synodica Concilij Alexandrini ad Nestorium,
sapientissime dicitur Deum carni unitum iuxta substan-
tiam, & hypostatam. Et luculentissime in V. Synodo act. 4. can. 4. & 5. Vbi non solum
definitur Verbum unitum carni substantialiter & secundum substantiam; sed etiam exclu-
duntur omnes modi unitonis accidentalis. Da-
magenus lib. 3. de fide cap. 3. Essentialiter dicimus
unitem, non quod ex duabus naturis una composta
perficiatur; sed quia, due unitate sunt vere in unam hy-
postatam filium Dei.

Sequitur etiā haec veritas aperte ex dictis art.
2. & 3. Et ratio est Primo, Quia Verbum ita uni- *Unitio Verbi*
tum est humanitati, ut ex his duobus extiterit *ad huma-*
substantia composta, vere & propriè una: nam *nitatem*
Verbi effectum est substantiale complementum *est substan-*
tialis.

Cc iiiij cius.

57

54 R Esonderetur affirmatiæ; scilicet Christum assumpsisse humanam naturam, compositam ex anima & corpore coniunctis. Est fide tenendum, & expressè definitur in Concil. Ephesino primo, can. 13. Non enim dicimus, inquit, quod Dei natura, conuersa vel immutata, facta sit caro; nec quod in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit; sed magis quod carnem animatam anima rationali sibi copularit; Verbumque substantiariter, ineffabiliter, & incomprehensibiliter factum sit homo. Et in Synodo 4. act. 5. vbi definitur Christus esse perfectus in humanitate & diuinitate, verus Deus & homo, ex anima rationali & corpore. Et in Synodo Quinta, actione quartâ cap. 4. Qui non confitentur, sicut Sancti Patres docuerunt, unitonem Dei Verbi ad carnem animatam anima rationali & intellectuali, secundum compositionem, id est, secundum substantianam factam, & propterea unam eius substantianam esse, anathema sint. Et in Synodo Sexta, Actione 11. in Epist. Sophronij: Simul, inquit, caro, simul Dei Verbi caro, animata, rationalis. Quæ Epistola approbatur at toto Concilio Actione 13.

55 Vnde errat Magister cum in 37. dist. 6. art. 6.

32 Quæst. 2. De modo unionis Verbi Incarnati. Art. 7. Dub. 1.

eius. Quare hæc vniō non est dicenda accidentalis, vt vult Durandus, sed substantialis; quia substantialie complementum, non est accidens. Secundò, quia Verbum uniuersum est humanitati immediatè sine vlo accidente medio: ergo non accidentaliter, sed substantialiter.

Dices; humana natura est omnino extra rationem Verbi: ergo accidentaliter ei aduenit.

Respondeo Negando consequentiam, præferim si physicè loquamur: nam anima, & omnis forma substantialis, est extra rationem corporis seu materiæ; & tamen non aduenit ei accidentaliter, sed substantiali vno. Simili modo aduenit alimento corpori; pars aquæ, alteri aquæ; & similia. Reliqua vide apud D. Thomam.

ARTICVLVS VII.

*Utrum vno Diuina & humana
natura sit aliquid creatum?*

58

R Esondetur; vno ipsa est aliquid creatum re ipsa existens in creaturâ; in Deo autem tantummodo secundum considerationem rationis.

Probatur Primò, quia quidquid incipit esse in tempore, est aliquid creatum; atqui hæc vno caput est in tempore: ergo est aliquid creatum.

Secundò, quia hæc vno est relatio (id est, modus relatiuus) inter natum diuinam & humanam, vt conueniunt in una personâ Verbi: atqui omnis relatio inter Deum & creaturam, in creaturâ quidem realis est; in Deo vero tantummodo fictione rationis.

Notandum Primò, In Responso ad 3. Quod aliquid dicatur creatum, hoc magis respicit esse ipsum, quam rationem. Sensus videtur esse; si alicuius rei esse cœperit in tempore in aliqua naturâ creatâ; id censetur absolute creatum, quamvis in sua ratione includat aliquid in creatum: quare vno humanitatis cum personâ diuinâ, est quid creatum; quia hæc vno caput in tempore in naturâ creatâ, vt dicitur in responso ad secundum, quamvis ratio huius vniōnis includat personam Verbi.

Notandum Secundò, Unionem tripliciter accipi.

Primo, Pro actione qua aliqua vniuntur, que potius dicitur vnitio. Sic generatio hominis, & refusatio est vnitio animæ cum corpore. Et hæc vnitio, est communis toti Trinitati, vt docet D. Augustin. in Enchiridio cap. 38. & Fulgentius de fide ad Petrum cap. 9. Conc. Tolitan. sextum, & Vndeclimum, utrobique c. 1. Ratio est, quia est operatio tendens in creaturâ, sive est operatio ad extra: atqui omnis talis actio est communis toti Trinitati: ergo &c. Sola tamen persona Filii terminat humanam naturam; quia esse terminum, nullam propriæ causalitatem insinuat.

Secundò, Sumitur, pro vniōne passiuâ, quæ per illam actionem fit, à qua res dicuntur vnitio.

Tertiò, Pro relatione resultante inter res iam vniatas.

D V B I V M. I.

*Utrum præterquam, quod per hanc actionem
vniuum tribuitur humana natura, subsi-*

stentia Verbi, & præter relationem resultantem inter illa; producatur etiam aliquid creatum in humanitate, quo ipsa formaliter sit unita Verbo?

Sunt tres sententias hac de re, quas recenseret Gabriel in 3. dist. 1. quæst. 1. art. 1.

Prima est, per actionem vniuum nihil produci creatum in humanâ naturâ, quo ipsa formaliter Verbo vniatur; sed solum produci hoc superpositum humanum, constans ex creato & increato; scilicet ex naturâ humana & Verbo. Ita Greg. Arimin. in 1. dist. 28. quæst. 2. ad 17. & 18. hanc fuisse refutat Gabriel; & bene.

Secunda est, produci in humanitate quandam qualitatem supernaturalem, quâ formaliter Verbo vniatur. Sicut enim est quædam qualitas, scilicet gratia, vel caritas, quâ tota Trinitas incipit animæ vniō; ita etiam esse aliam quandam qualitatem, quâ humana natura immediate vniatur persona Verbi. Ita Gabriel loco citato, & fusiūs in 1. dist. 30. quæst. 4.

Tertia est, solum quandam relationem produci in humanitate; à qua dicitur vnta Verbo. Ita Scotus dist. 1. quæst. 1. & Durand. dist. 5. quæst. 2. in 3. sent. & D. Thomas hoc loco, & infra quæst. 16. art. 1. ad 4. Quæ sententia, si intelligatur de relatione propriæ dictæ & prædicamentali, omnino falsa est, ne dicam erronea. Si vero intelligatur de modo quodam relatiuo transcendentali, sicut auctores illi indubie intelligent, vt patet ex Durando & Gabriele, & ex fundamento; Scotti; sic est vera, & pro ea

Dico Primò, Per hanc actionem vniuum, productum est in humanitate Christi aliquid *vniō est* *aliquid* *creatuum ab illâ permanentem, necessariò illa manet hypostaticum ab humanum. Durandi, Scotti, Guilielmi Occami, Bonaentura, in 3. dist. 1. vel 5. D. Thomas hinc.*

Probatur Primò, Quia impossibile est, vt duo quæ secundum se non sunt vnta, incipiunt esse vnta, nisi fiat aliqua mutatio in altero eorum, idque per aliquam actionem positivam: atqui actio positiva necessariò facit aliquid positivum in re.

Confirmatur, Quia etiam si humanitas consideretur abstracta à propriâ personalitate, nō ideo necessariò intelligitur vnta Verbo: ergo debet interuenire actio positiva, per se primo tendens ad hanc vniōem; & con sequenter aliquid positivum in humanitate relinquet.

Respondet Gregorius Arimin. allata instantiâ. *Oblatio* *Primò, Quia albedo potest incipere inhærente, &* *definiri inhærente subiecto, sine vlla mutatione factâ in altero eorum. Secundò, Lumen candece potest incipere dependere à solo Deo, sine vlla mutatione luminis. Denique, potest quis incipere esse gratius Deo, qui ante non erat, sine vlla sui mutatione.*

Respondeo; Primum exemplum non esse *Refutatio* *rum: Nam quando albedo incipere inhærente, & ipsa, & subiectum mutatur: ipsa enim suum modum naturaliter acquirit; quem pari modo perdit quando definit inhærente, etiam si ipsa salua maneat. Similiter secundum falsum est, quia lumen in occasu accipiet nouam dependentiam, ac proinde nouum effundi modum. Tertium exemplum, non est ad*

est ad rem: quia esse gratum, in eo casu, solum erit quid morale, nihil reale ponens in homine. Sicut esse gratum Principi.

Probatur Secundò, Illa actio vnitua nihil facit circa Verbum, cùm ipsum non sit capax vlliū passionis illatæ: ergo facit aliquid circa naturam humanam. At qui hoc non est increatum, quia increatum non fit; nec potest esse terminus actionis creatæ: ergo facit aliquid creatum, ratione cuius, humana natura manet copulata persona Verbi.

62

*Sententia
Gabrielis
quid
vnio hac
fit habitus
supernatu-
ralis,
Refellit ur.*

Dico Secundò, Id quod propriè producitur per hanc actionē vnitiam in humanitate Christi, quo ipsa formaliter Verbo vniatur, non est aliqua supernaturalis qualitas, seu habitus; neque aliqua relatio propriè dicta, & accidentalis.

Prior Pars est contra Gabrielem.

Probatur Primò, Synodus V. can. 4. damnatos qui dicunt hanc vniōnem esse factam per gratiam. Probatur Secundò, Quia hæc qualitas, vel erit solum dispositio requisita in humanitate; Sicut in materia requiritur dispositio ad formam: & hoc non facit ad rem; quia talis dispositio non est formalis vnio. Vel hæc qualitas, est ipsa formalis vnio humanae nature cù Verbo, ut exp̄s̄e dicit Gabriel: ac proinde hæc vnio est omnino accidentaria. Tertiò, Vno naturæ cum subsistentiæ propriâ nō fit per aliquod accidens, similiter nec vno anima cum corpore; nec vno partium integralium inter se: ergo nec ista. Quarto, Quia fieri nequit, ut qualitas creata excludat formaliter propriam subsistentiam naturæ cui inest, cùm potius illam supponat, ut sustentetur. Quintò, Quia impossibile est ut qualitas aliqua vniat humanam naturalim hypotheticæ Verbo diuinum; tum, quia vno hypothistica constituit substantiam per se subsistentem; hoc autem non potest facere accidentis: tum, quia nulla est qualitas in naturâ vnitâ, quæ non posit in eâ conseruari post separationem. Sextò & postremò, Quia nulla est ratio, cur hæc qualitas magis vniat humanitatem Verbo, quam Patri & Spiritui sancto, cùm ab omnibus æquè procedat. Nec obstat quid detur qualitas quæ vniat animam toti Trinitati, scilicet gratia vel charitas: tum, quia non vnit eam substantialiter; non enim anima per eam fit Deus: tum, quia Trinitas per gratiam nō incipit esse nouo modo vniata anima, nisi obiectiù, sicut amatum amanti; & moraliter, sicut res possedita possidenti intra ipsum existens, qua possidens interiori fruatur.

Altera pars Probatur. Primò, Quia Synodus V. can. 4. damnat hanc vniōnem: esse factam per relationem. Secundò, Capitulo Ciam Christi. tit. de hereticis, definitur terminum huius actionis esse quid substantialis; & idem Christum esse aliquid, id est, substantialiam, non autem ad aliquid: ergo formalis terminus non est relatio accidentaria; alioquin Christus potius esset ad aliquid, quam aliquid. Tertiò, Relatio sequitur vniōnem; nam ad relationem non est per se actio: ergo supponit vniōnem; ac proinde ipsa non est primum vinculum humanae naturæ cum Verbo: Imò nec vlo modo est vinculum; nam solum quasi per accidentis reflectat ex vniōne.

63

*Vno hac
non est Re-
latio acci-
dentalis.*

Dico Tertiò, Id quod Primò fit per hanc actionem vnitiam, non est aliud quā modus quidam ipsius humanae naturæ, modaliter tantum ab illa distinctus; qui dici potest inexistens hu-

manitatis in Verbo: qui nō est accidens, sed substantialis modus. Hæc est verè sententia Scotti, Durandi, Occami, D. Thomæ, & aliorum.

Et Probatur Primò, Quia anima cùm in resurrectione vniatur corpori, neque mediante qualitate, aut relatione vniatur; sed solum mediante quodam modo substantiali, qui est inexistens, informatio, viuificatio &c: secundum quem dicitur informare & viuificare corpus: ergo similiter dī humanitæ vniatur Verbo, nihil requiritur nisi modus quidam substantialis inexistens, secundum quem dicitur inesse, inferi Verbo: ergo hic modus fit per actionem ipsam vnitiam.

Secundò, Existentia humanitatis Christi sibi relicta, naturaliter terminanda & modificanda erat modo quodam substantiali, qui est subsistencia, quo ipsa priuata fuit per hanc vniōnem: ergo confecta est alium modum repugnantem subsistenciae creatæ: atqui nihil aliud repugnat illi subsistencia, quam inexistens: ergo confecta est hunc modum, qui est inexistens in Verbo. Sicut accidentia dum separantur à subiecto, priuantur modo existendi quem habebant in subiecto; & acquirunt alium huic repugnantem, siue postiuim siue priuatuum.

Tertiò, Verè, propriè, & realiter, humana natura est in Verbo ergo hoc ipsum, esse in Verbo, est aliquid in humanitate ipsa: atqui non est ipsa sola humana natura; quia quidquid illa sola est, potest intelligi absque illo, esse in Verbo; non enim ipsa secundum se necessariò est in Verbo: neque etiam est ipsum Verbum, quia hoc non inest ipsi humanitat; nec ipsa humanitas per ipsum Verbum potest dici formaliter esse in Verbo; sicut esse in corpore, non est ipsum corpus, sed affectio eius quod est in corpore: ergo esse in Verbo, est modus quidam ipsius humanitatis.

Objeicitur Primò, Verbum terminare & sustentare, non est aliquid in Verbo diuino: ergo Objetio: neque humanitatem esse in Verbo, ponit aliquid mes soluatur in humanitate.

Respondeo Negando Consequentiam: Ideò enim terminare & sustentare non ponit aliquid in Verbo, quia vno non est facta per actionem circa ipsum Verbum, sed circa humanitatē. Vnde Verbum terminare nihil est aliud, nisi in me & substantialiter esse humanitati coniunctum: quod ex eo habet, quod humana natura tali modo illi sit adstricta, atque adeò illi insita: inde enim oritur illa denominatio in Verbo.

Objeicitur Secundò: Hic modus est quid creatum & imperfectum: ergo gratia vniōnis, quæ est summa perfectio, non potest in eo consistere.

Respond. Etsi ille modus in se sit aliquid creatum, tamen est ingens perfectio; quia est intima coniunctio humanitatis cum Verbo: imò ratione termini quem hic modus intrinsecè includit, est perfectio infinita: Nam in suâ ratione includit suppositum diuinum infinita perfectionis: est enim veluti inhaesio, insitio, inexistentia in Verbo; ac proinde eiusdem quodammodo ordinis cuius ipsum Verbum, magisque supernaturalis quam vlla qualitas creata. Vnde inuoluit contradictionem, ut humanitas sit affecta hoc modo, & tamen non intime sit vniata Verbo: Sicur implicat accidentis effectum esse modo inhaerentia, non tamen inhaerere subiecto. Quare sicut vno anima cum corpore, facit corpus vnum cum anima,

ita vt

64

*Etsi modus
substantia-
lis.*

65

66

67

*Perfectio
& digni-
tas huic
vniōnis.*

34 Quæst. 2: De modo unionis Verbi Incarnati. Art. 7. 8. 9.

Ita ut impossibile sit simul esse non unum; ita hæc uno facit hominem Deum, sic ut cā permanente, impossibile sit esse non Deum. Et si enim hæc uno non sit causa formalis per quam homo est Deus; tamen est intima causa formalis applicatio. Neque est simile de illâ qualitate Gabrielis, quia illa est accidentis; hic vero modus est quid substantiale,

D V B I V M. II.

An, id quod constat hac Unione, sit creatum quid, an increatum?

Respondeo, illud compositum propriè nec ^{Ex parte} creatum esse, nec increatum; sed partim ^{creatūm}, partim increatum. Sicut compositum ex carne & Spiritu, nec est caro nec Spiritus absolute; sed partim caro, partim Spiritus. Est *Creatum*, ratione nature humanæ, & ipsius unionis: *Increatum*, ratione personæ diuinæ. Potest tamen dici creatum, quæ compositum; quia ipsa uno creatum est. Item potest dici *factum in tempore*; Nam hoc compositum non semper fuit. Quia tamen non est totum ex nihilo, ideo non propriè diceretur creatum: Nam creatum est, quod rotum est ex nihilo.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Unio Verbi Incarnati, idem sit quod Assumptio?

Responderetur; Uno differt ab Assumptione tripliciter. Primo, Quia uno est relatio, id est, modus relatiuus: Assumptio autem, est actio. Secundo, Uno significatur ut in factō esse; Nam ab uno, dicitur unitum, non viens, Quod intellige de uno, ut est nomen; non de unitione: Assumptio autem significatur ut in fieri; nam ab ea dicitur quis assumens. Tertio, Uno non includit determinate terminum ad quem, vel à quo est uno: Assumptio vero utrumque terminum includit.

Notandum. Si uno accipiatur pro relatione resurgentे inter unita, manifestum est quomodo differt ab Assumptione: Nam Assumptio non est relatio, sed actio per quam relatio unionis confurgit. Si tamen uno accipiatur pro unitione, sic non differt re ab assumptione; sed eadem actio est Uno & Assumptio: Nam habent eundem terminum totalem, qui per illam actionem existit, nempe Christum hominem & Deum: & formalem, scilicet inexistentiam humanitatis in Verbo. Solum differentia quod Uno significet illam actionem simpliciter, nihil connotando; Assumptio autem connotat eandem personam esse principium illius actionis. Vnde duplē insinuat habitudinem, principij & termini: Assumere enim est aliud ad se sumere.

Hinc fit Primo, Ut Pater & Spiritus sanctus recte dicantur viantes humanam naturam, non tamen assumentes, quia etiā sunt principiū assumptionis, non tamen sunt terminus. Verbum vero recte dicitur viens & assumentes. Secundò fit, ut Verbum dicatur unitum & non assumptum. Uno enim non inuoluit unum extreum potius

quam aliud, & ideo denominat utrumque extreum: Verbum enim unit seipsum humanæ ^{Verbum est unitum, non assumptum.} naturæ, vnde ipsum dicitur unitum; & humanam naturam unit sibi, vnde ipsa dicitur unita Verbo. Assumptio autem inuoluit alterum extreum, scilicet rem assumendam, tamquam distinctum: Nam denotat respectum agentis ad aliquid distinctum, cum reflexione ad seipsum, tamquam ad terminum. Vnde Verbum non assumit se, sed naturam humanam assumit, id est, ad se sumit. Accedit, quod uno generatim denotet actionem, vel coniunctionem duorum, quomodocumque ea fiat: Assumptio vero, explicit etiam ipsum modum unionis; nempe id quod assumitur, ita uniti alteri, ut ab eo sustentetur.

Potes, Quomodo uno & Assumptio differunt ab Incarnatione?

Respondeo, Cū Incarnatione significet actionem, non differt ab uno, nisi quod specificet rem, ad quam facta est uno; ut nota Damascenus lib. 3. de fide cap. 11. Incarnatione enim est uno cum carne; vnde Verbum dicitur incarnatum, id est, carni unitum, non autem humana natura terminum vero naturæ assumptæ non denotat, sicut assumptio. Vnde Pater etiam incarnauit Verbum. Eadem estratio *humanations*. Vide D. Thomam ad 3. & Damascenum suprà.

ARTICVLVS IX.

Vtrum uno duarum naturarum in Christo sit maxima unionum?

Responderetur duabus Conclusionibus. Prima, Uno ex parte personæ, in qua duæ nature copulantur, est maxima unionum. Secunda, Ex parte rerum quæ vniuntur, non est maxima.

D V B I V M. III.

Vtrum hac uno sit maxima vinculo, sive in ratione Vinculi?

Notandum est, Duplē hæc considerari Unionem: Prima est, duarum rerum immedietate inter se; ut Verbi cum natura humana. Secunda, duarum rerum in aliquo tertio; ut naturæ diuinae & humanae in eodem supposito.

Durandus in 3. disput. 5. quæst. 3. censet uno ^{Negat.} non subsistentiæ Verbi cum natura humana, non esse maximam vinculo inter uniones creatas. Sed contrarium tenendum est. Pro quo

Dico Primo, Uno personæ Verbi cum natura humana est maior vinculo, quam sit vila alia inter res creatas realiter distinctas. Ita D. Thomas hæc & in 3. dist. 5. quæst. 1. art. 3. Scotus & Bonaventura dist. 6. & alii.

Probatur Primo, Testimonio D. Augustini quod hæc adserit D. Thom. & ex D. Bernardo lib. 5. de Consider. ad Eugenium: Arcem tenet unitas Trinitatis, in qua tres Personæ sunt una substantia. Secundo loco illa præcelit, in qua ē diverso tres substantiae sunt una in Christo persona. Loquitur autem de ratione coniunctionis seu vinculi, qua hæc uno certis antecellit; non autem de dignitate unionis, ut vult Durandus. Patet ex Bernardi ratione: tres substantiae sunt una persona.

Proba-

Probatur Secundò; Quia hæc vno videtur maior quām vno cuiusvis naturæ cum forma; quæ tamen videtur esse summa: tū quia hæc vno est indissolubilior; nam est omnino supernaturalis, & infinita virtute effecta: unde magis firma quām vno materia & forma Cœli. Vnde etiam in triduo mortis hæc inuiolata perficit. Tum, quia hæc est magis intima, cùm Verbi subsistentia intimè penetret non solum carnis, sed etiam anima substantiam, cius existentiam immediate terminans.

Probatur Tertiò, Quia materia & forma adferunt suas partiales subsistentias, ex qua una integra componitur: hic autem vna indivisiibilis & simplicissima subsistens naturæ vnitur. Quod etiam fit, vt per hanc, Verbum fiat propriè homo; per illam autem, nec caro fiat anima, nec anima caro. Ita D. August. I. i. de Trinit. c. 1.

Probatur Quartò, Quia hæc vno est compositione naturæ cum subsistentia, quæ Angelicæ simplicitati non repugnat; cum qua tamen non consistit vno forme cum materia: ergo est maior.

Dices Primò, Maior est vno inter naturam & personam creatam, quām inter naturam humanam & personam Verbi; quia hæc realiter distinguuntur, non illa. Respondeo; Nos hic loqui de vniione rerum realiter distinctarum. Addo tamē, hanc vniōem esse magis indissolubilem, quām sit vno naturæ & persona creatæ.

Dices Secundò: Vno animæ cum corpore videtur maior, quām est vno in natura & in persona: hæc autem vno humanitatis & Verbi est tantum in persona. Deinde inter illa est maior proportio vt in vnum conspirent quām inter Verbum & carnem. Respondeo; hinc ad summum sequi inter animam & corpus esse plures modos vniōnis, & maiorem vniōem extensiōē; non tamen intensiōē; id est, non auctiōrem & magis intiām. Proportio quidē naturalis iuuat ad vniōem maiorem naturalem, non tamen est necessaria ad maiorem vniōem supernaturalem.

Dico Secundò: Etiam vno humanitatis cum naturâ diuina in persona Verbi, est maxima omnium vniōnum, quæ possunt esse inter res creatas distinctas, vniitas in vno tertio. Ita D. Thomas hoc loco, quod ipse probat; quia id in quo vniuntur istæ dux naturæ, est maximè vnum & simplex: ergo hæc vno est maxima.

Dices; eodem modo probaretur vniōē duorum hominum iustorum in Deo esse maximam; quia id in quo vniuntur, est maximè vnum, scilicet Deus, cum quo fiunt vnius Spiritus. Respondeo; non est satis vt id, in quo aliqua vniuntur, sit maximè vnum & simplex; sed etiam vt ei maximè & perfectissimè vniantur. Iusti autem non vniuntur Deo perfectissimè, sed tantum interuenient aliquius accidentis, scilicet charitatis. At natura diuina & humana vniuntur Verbo substantialiter; & sic ex eo quod persona Verbi sit maximè simplex, & huic dux naturæ vniuntur perfectissimè; sequitur optimè illarum naturalium vniōem maximam esse.

D V B I M. II.

Virum bac Vno etiam sit maxima dignitate?

R. Espondeo; Vno Incarnationis non solum vinculo, sed etiam dignitate & excellentiâ

est Omnia maxima: id est, per eam confertur maximum donum & Dei beneficium creature. Docet hoc D. Thomas infra q. 4. a. 1. ad 2. Albertus & Bonavent. in 3. d. 2.

Probatur, Primò ex Augustino lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 15. Vbi docet Christus Dominum esse præclarissimum lumen prædestinationis & gratiae; quatenus gratis, id est, nullis præcedentibus meritis, prædestinata est natura humana, tanta & tam celsa & similitudine subiectio, vt quo attolleretur aliis, non haberet. Et Tractatu 2. in Ioannem explicans illud: Verbum Caro factum ait, hoc esse maiorem gratiam, quam homines fieri filios Dei. Similia habet lib. 3. de Trinitate cap. 9.

Probatur Secundò Ratione. 1. Quia per hanc vniōem communicatur humanae naturæ sumum bonum, & summo modo; id est, arctissime, intimè, substantialiter: ergo est excellentissimum beneficium. Secunda Ratio. Quia hæc vno est excellentior, quām ea, quæ est per visionem beatificam: ergo quāuis alia quæ fit per gratiam. Antecedens patet, quia plus est cisc filium Dei naturalem, quām adoptiūm; esse Deum, quām videre Deum. Tertia. Quia omnes alii excellentiæ creatæ & supernaturales habent quandam naturalem coniunctionem cum vniōne hypostaticâ, & in illâ veluti in radice continentur. Quarà, Quia maior honor debetur naturæ humanae ratione huius domini, quām ratione cuiusvis alterius doni; debetur enim illi cultus latræ. Denique ob hanc vniōē Apostolus ad Hebreos 1. & 2. præfert Christum hominem omnibus Angelis.

Aduertere tamen, si hæc vno nudè & sola spectetur absq; donis supernaturalibus creatis, positiūe ea secludendo, eam non esse optabilem, quām sit vno mentis cum Deo per visionem beatificam & charitatem: et si enim illa in se sit præstantior, cum hominem faciat Deum, & extollat super omnem creaturam, tamen non ita est necessaria creaturæ, vt quām optimè sit exempta omnibus miserijs, & cumulata omni beatitudine.

A R T I C U L V S X.

Virum Vno Incarnationis sit facta per gratiam?

R. Espondetur Tribus Conclusionibus.

Prima. Si gratia accipiatur pro gratuitâ Dei voluntate; hæc vno est facta per gratiam.

Secunda. Si gratia accipiatur pro gratuito Dei beneficio; hæc vno est maxima gratia. Ratio, quia maximum donum collatum sine meritis.

Tertia: Hæc vno non est facta mediante gratiâ habituali; alioquin non esset substantialis, sed accidentaria.

Notandum est, Quatuor esse quæ possunt dici gratia vniōnis. Primò, Ipsa benigna Dei voluntas, qua gratis voluit istud mysterium fieri. Sic quadrupliciter accipit August. lib. de prædestinatione. Sanct. cap. 15. p. 15. Ea gratia fit ab initio fidei sua homo quilibet Christianus, quā gratia homo ille ab initio suo factus est Christianus. Secundò, Interdù dicitur gratia vniōnis ipsa subsistentia increata, quatenus est donum quadam summum humanae naturæ collatum; vt inquit D. Thomas infra q. 4. art. 6. indicat id ipsum in Responseone hic ad 1. Simili modo persona

36 Quæst. 2. De modo vñionis Verbi Incarnati. Art. 11. 12.

sona Spiritus sancti vocatur donum increatum, ut patet ex 1. parte quæstione 38. Tertiò, Modus ille seu inexistentia humanitatis in Verbo, dicitur gratia vñionis; & sic gratia vñionis est quid cratum. Ita D. Thomas infrà art. 12. ad 3. Quartò, Totus Christus interdum dicitur gratia vñionis; qui est summum donum gratiæ nobis collatum; constans vñione Verbi & humanæ naturæ; iuxta illud Ioan. 3. v. 16 Sic Deus dilexit mundum ut filium suum vñigenitum daret. & Isaïæ 9. v. 6. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et sic gratia vñionis est quiddam confitans ex creato & increato. Vide Caicr. infrà quæst. 7. a. 3. & D. Bonaventuram in 3. dist. 2. art. 3. qu. 2.

ARTICVLVS XI.

Vtrum Vnionem Verbi incarnati aliqua merita præcesserint?

78
Nulla me-
rita pra-
cesserunt
de condig-
no.

Præcesserunt
sanctorum
Patrum
merita de
congruo.

R Espondetur Tribus Conclusionibus. Prima est; Christus non potuit suam Incarnationem mereri. Ratio est, quia ipsa erat principium omnium meritorum. Principium autem meriti, non cadit sub meritum.

Secunda: Nulla creatura potuit ex condigno mereri Christi incarnationem. Primò, quia merita ex condigno, ex natura sua ordinantur ad beatitudinem, tamquam ad ultimum terminum: atque vñio hypostaticus est longe sublimior, quam vñio beatitudinis. Quare merita creature non habent proportionem condigni ad illam. Secundò, Quia hæc vñio est principium omnium meritorum, saltem in humana natura: ergo saltem nullus hominum potest illam mereri. Tertiò, Quia bonum vñii hominis puri, non potest esse causa vñiuer- fali totius boni humani generis.

Tertia Conclusio: Ex congruo Sancti Patres, meruerunt Incarnationem: cum enim Deus istud mysterium ex suâ gratuitâ voluntate prædestinasset, præuisus Patrum meritis; etiam propter illa

volut illius executionem. Verum de hoc plusa Quæstione de merito Christi.

ARTICVLVS XII.

Vtrum gratia vñionis fuerit Christo homini naturalis?

R Espondetur duabus Conclusionibus. 79
Prima; Nec gratia Habitualis, nec gratia Distinguenda fuit Christo naturalis, tamquam ex principio humanæ naturæ causata fuerit.

Secunda: Vtraque gratia quodammodo fuit Christo naturalis; tamen, quia à natuitate; tamen, quia à natura diuina, que in ipso erat.

Notandum est, Gratiam vñionis (quæ nihil Gratia est aliud quam coniunctio humanæ naturæ cum Vñionis Verbo) Christo homini duplicitate dici naturaliter. Primo, Quia est de ratione huius suppositi, homini & etiam ipsius naturæ humanæ, quatenus est natura huius hypostasis; ita ut sine illâ gratia hoc suppositum humanum, seu Christus, esse vel concepti nequeat: Et ita quodammodo pertinet ad naturam huius suppositi. Sicut de ratione hominis est vñio animæ cum corpore; & de ratione animæ, quatenus est vita huius corporis, est inexistentia & informatio corporis; ita ut sine eâ concepti nequeat vitam dare. Secundo; dicitur naturalis, quia est à principio intrinseco; nam facta est à natura diuina, quamvis non naturaliter ab illâ manauerit, sed liberè effecta sit. Quod fit ut habeat ratione valde impropriè dicatur naturalis.

Gratia autem habitualis similiter dicitur naturalis duplicitate. Primo, Quia tamquam naturalis quædam proprietas sequitur ex vñione humanæ naturæ cum Verbo, non physicâ emanatione, sed morali. Quomodo gloria corporis emanabit ex beatitudine animæ in beatis. Secundo, Quia à natura diuina emanavit in humanam; mediante tamén libera efficientia. Vnde hac ratione valde impropriè dicitur naturalis.

QVÆSTIO TERTIA.

De modo Vnionis ex parte assumentis.

In Octo Articulos diuisa.

ARTICVLVS I.

Virum persona diuina conueniat assumere naturam humam?

R Espondetur: Assumere naturam creatam propriissimè conuenit persona diuina. Probatur; Quia persona diuina est principium & terminus huius assumptionis; principium quidem, quia est causa efficiens; terminus vero, quia assumptionis fit per vñionem ad personam: ergo persona propriissimè dicitur assumere. Patet Consequentia, quia assumere nihil aliud in-

cludit, nisi esse principium & terminus assumptionis: Nam nihil est ahud nisi sumere ad se.

Notandum in Responsione ad 1. solùm agi de modo loquendi: ctsi enim revera humana natura Verbo sit adiuncta & adstricta; tamen non ita propriè dicimus Verbo esse aliquid additum, aut aliquam accessionem factâ ad Verbum: cum enim omnia in se eminenter contineat & anticipet; nihil perfectionis ei accreuit; sed potius humanæ naturæ omnis perfectio accessit.

Notandum Secundo, in Resp. ad 2. Omne individuum essentialiter esse incommunicabile, sed modo sibi accommodato: natura enim individua est incommunicabilis pluribus naturis, quibus identificetur: in hoc enim consistit ratio cius individua. Non tamen est incommunicabilis pluribus personis,